




















MARTINI

MATTHÆI MARTINI,

Med. Doct. ac Physici Islebiensis quondam Ordinarii

DE

MORBIS MESENTERII ABSTRUSIORIBUS.

In Scholis Medicorum hactenus prætermissis, nec scriptis Veterum illustratis.

Item,

AFFECTIONUM HYPOCHONdriacarum, prioribus quodammodo affinium,

HISTORIA & CURATIO.



Lipsiæ,

Sumptibus CASPARIS CLOSEMANNI.

Anno M. DC. XXX.



LECTORI CANDIDO
ὑγιαίνειν.

GRatior est aliis Liber & præstantior ille,
Quem merito Genium constat habere suo.
Non habet hunc autem quivis, qui prostat, & amplo
Materiam Titulo venditat eximiam:
Non habet hunc etiam, quem somnia vana dederunt;
Ocia per binos quem peperêre dies.
Ut nec, qui lippis nota ac tonsoribus affert:
E tali capitur nausea certa Libro:
Sed Genio fruitur fausto, semperq; fruetur;
Cui patulo ubertas Indice major inest;
Quem plures Autor pressit studiosus in annos,
Pervigilisq; edit nobile mentis opus.
Sic argumenti quem gratia rara coronat,
Jucundâ Utilitas & Novitate beat.
Omnia in hoc certè scripto quæ, Lector, abundè,
Felicis Genij candida signa, vides.
Nempe vides, quæ sit Meseræi cum gravati,
Quæq; hypochondriaci sit Medicina mali:
De quo nullus adhuc è fontibus eruit imis
Huic operi Autoris par, operamvè parem.
Quâ cunctis summo studio prodesse laborat
Tam Novitate hujus, quâm Bonitate, Libri.
Dignas Autori, Lector dic optimè, grates:
Proq; tui studio fausta precare Viro.

M. Martinus Faschius, P. &
Dec. in Schraplau.

MAGNIFICIS, NOBILISSIMIS, CLARISSIMIS,

omniq́ue Virtutum laude Præſtantiſſimis Viris, Dominis Conſulibus, Præfectis, ac toti Ordini Senatorio in Inclitâ Republ. NORIBERGENSI, Dominis & Patronis honorandis.

N Celebrioribus Italiæ, ac Galliæ Gymnaſiis jampridem receptum, uſuq́ue diuturno confirmatum eſt, Viri Nobiliſſimi, Excellentiſſimi, ac Prudentiſſimi, ut Artium ſublimiorum Profeſſoribus, ac Doctoribus, in ſcientiis tradendis haudquaquam pro libitu vagari

gari

gari liceat,ſed ad unum omnes certis quibuſdam Autoribus explanandis incumbere, ac, propoſitâ modici temporis intercapedine, eoſdem ſolidè, & quantâ fieri poteſt ſolertiâ & perſpicuitate, abſolvere cogantur.

Et hæc Magiſtratuum, diſcentium commodis aſſiduò invigilantium, induſtria tantum ubique parit emolumenti, ut non ſummos modo Viros, in ſcopis præfixis aſſequendis, ultrò certare, ſed & rem literariam præter opinionem maximoperè promoveri videas.

Quamquam autem pro Juventute informandâ nulla ſuggeri, vel mente concipi, expeditior queat ratio, quâ laborum metam feliciùs, ac nullo penè obſtaculo remorante, aſſequi valeat: Hoc tamen ſecum trahit incommodi, poſtquam præfinitis

laboribus Docentes hunc in modum ſunt occupati, atque ad priſtinum ſubinde revocantur penſum, ut rerum abſtruſiorum, ac minus vulgarium, diſquiſitioni nequicquam ipſis vacare liceat.

Exploratum hoc, & pluſquam notorium, eſt in ijs, quibus Artem medicam docendi demandata eſt provincia, & quorum operæ magnis impenſis conducuntur.

Dum enim Artis curſum ad calcem uſq; deducere, eidemque colophonem quovis triennio addere, & elapſo iſto ad conſuetos redire carceres ex mandato ſoleant: Fieri equidem aliter haud poteſt, quin plurimarum, & maximè arduarum rerum, quarum inveſtigatio ad uberiorem ingenij culturam apprimè frugifera eſſe poſſet, planè deponant curã, prioribuſq;

ve-

vestigiis insistendo vix tantum temporis reliqui habeant, ut obvios quosq; morbos, ex Rhazis & Avicennæ scriptis, accuratè prosequi possint.

Argumento nobis esse possunt; præter Epidemios, & complures alios affectus, ab Hippocrate libris de morbis, de affectionibus internis, de Virginum & mulierum ægritudinibus, de morbis Epidemiis, multisque aliis in locis, notatos, inque scholis Medicorum hactenus præteritos, MORBI MESENTERII, & qui minerâ, causarum conformitate, affligendiq; ritu, his quodammodò cognati sunt, HYPOCHONDRIACI: qui licet omnium oculis clarissimè observentur, & una cum luxuria, inter mortales invalescente, radices protinus egerint, furorisque sui incom-

moda, multorum ſeculorum memoriâ, graviſſimè exercuerint: neſcio tamen quo fato in præſens uſque tempus prætermiſſi fuerint, nec Veterum aut Recentiorum ſcriptis unquam celebrati.

Quæ ſanè incuria difficultatibus genus noſtrum haud dubiè involvit graviſſimis, detrimenti & obſcuritatis plurimum rei Medicæ conciliavit, & inſignem iniquis Artis cenſoribus calumniandi anſam ſuppeditavit.

Cum igitur, non paucis ab hinc annis, in hujuſmodi caſibus eximiam conſilii & auxilii inopiam, etiam apud præclaros Medicos, nil niſi Viſcerum infarctus, Ventriculi dyſcraſiam, & flatuum ubertatem, culpantes, incuſanteſque, animadverterem, facere equidem non potui, quin ad

Hip-

Hippocratis autoritatem, ceu tribunal & Aſylum quoddam veritatis, ut Macrobius loquitur, & in cujus imitatione maxima ſecuritas eſt propoſita, confugerem.

Quo quidem conatu, facem Doctiſſimo Fernelio, ac Cæſalpino Romano Medico, in quibuſdam præferentibus, id emolumenti ſum aſſequutus, ut & morborum iſtorum indoles mihi rectiùs innoteſceret, & per ἀναλογισμὸν aliorum affectuum, non planè ab hoc ſcopo deviantium; cenſurâ ſolerti adhibitâ, certos medendi Canones conſtruerem, exindeq; mihi remediorum optimorum farraginem compararem.

Hunc ingenii mei fœtum licet privatis reſervare uſibus initiò cenſuerim: bonorum tamen Virorum impulſus perſuaſu pu-

blicæ jam luci committere decrevi : ſanctè affirmans, me, relictis parergis, ea duntaxat haud oſcitanter proſequi, quæ medentium rationibus conducunt, & publicum pedes in ampliſſimâ, & maximè diffuſâ Arte, (In quâ, ſecundum Æſchylum, ὁ χρήσιμα, ὐχ ὁ πολλὰ, εἰδὼς σοφώτερος,) aliis Criticis relinquere.

Neque verò hujus unquam fui conſilij, ut Viros, Medicis rebus faciundis jampridem illuſtres, erudiendos exiſtimarem: quin potius ab iis hoc unicum peto contendoq;, ne ſupremam admovere manum degraventur iis, quæ vel minus dextrè elaborata, aut parum appoſitè expreſſa, cognoverint: Sed ut illos ſaltem, qui artis myſteriis haud ita pridem initiati, commonefacerem, quantâ in evolvendis Hippocratis, & Veterum

terum ſcriptis, verſari debeant induſtria, & quàm ſolida, immotaque, divinæ hujus ſcientiæ ſapiens Antiquitas fundamenta poſuerit.

Quæ tamen hucuſque Poſteri adeò ſunt aſpernati, ut nefas eſſe judicarint attingere, quorum cognitio aliquâ ex parte minus fuit obvia, neque dilucidè ſatis explanata.

Video namque ejuſmodi labores juventuti hac tempeſtate ſordeſcere, eandemque, ob turpiſſimam Pſeudochymicorum impudentiam, & effrenatam fingendi mentiendique libidinem, compendioſam quandam & Laconicã artis cognitionẽ potius affectare, neglectis penitus iis, quæ firmiſſimis rationum momẽtis, ac methodo fulciũtur, & quibus à Seplaſia-

rio

rio & Botanico Medicus ritè distingui ſoleat, ac poſſit.

Hanc autem Tractationem θελικῶς, & concisâ orationis ſerie contextam, eximiis remediorum floſculis exornatam, ac genuinum Chymicorum uſum, certis Propoſitis canonibus, exhibentem, Vobis offero Viri Nobiliſſimi, Excellentiſſimi ac Præſtantiſſimi Domini & patroni omni honoris cultu digniſſimi, ſollicitis contendens votis, ut eandem, veſtri nominis ſplendore munitam, in publicum famæ campum prodire patiamini.

Ita namque futurum ſpero, ut ſub hujus præſidij tutelâ lætiùs ab omnibus excipiatur, à livore & morſibus illorum, qui alieno in opere malè ſunt ingenioſi, & apud quos benignè tecum agi reputes, ſi laborum veniam impetraveris, tutiùs vigeat, ac latiùs innoteſcat.

Etſi

Etſi verò & Dignitas veſtra eximia, & argumenti exilitas, à propoſito haud parum me revocare videantur: quia tamen ante annos XXXI. dum in Italico itinere hærerem, in Clariſſimi & Conſultiſſimi Viri, Domini Doctoris Philippi Camerarii, Conſiliarii Reipubl. veſtræ digniſſimi, felicis memoriæ, ædibus publico Senatûs nomine & Xenio non vulgari, & voto felici, me dignati eſtis, atq; à veſtri ordinis hominibus, nec non ab iis, quorum operæ hoc in loco Vobis etiamnum inſerviunt, ultra XX. annos, plurima humanitatis expertus ſum officia: Idcircò obſervantiæ meæ teſtimonium hoc ſtatuere, & monumento literario animi grati memoriam firmare volui.

Semper enim Artis Medicæ dignitas ac ſplendor in Urbe, &

Mu-

Musarum coloniâ Transylvanâ vestrâ, remansit integer, quam etiamnum exquisitis legum vinculis, ceu munimento quodam, sartam tectam conservare jampridem voluistis.

Neque etiam sum nescius, quòd in Urbe vestrâ clarissimâ παντοδαπῆς ἀρετῆς ταμεῖον sit repositum, adeò, ut accuratâ scientia, judicio singulari, atque in rebus agendis dexteritate, publico præconio dignissimâ, nec non ingeniosâ artium culturâ, ac civium polydædalâ in operibus magnificis effingendis elegantiâ, cum florentissimis Rebuspublic. Vestra conferri non immeritò possit.

Lubens jam prætereo summa urbis vestræ ornamenta, ceu Religionis veræ cultum sincerum, & quod

Ἐν τᾷδε Ἐυνομία ναίει κασιγνω-

ται

παῖ τε, βάθρον πολίων ;
ἀσφαλὴς Δίκα, καὶ ὁμο-
τρόπος Εἰρήνα, ταμίαι
ἄνδρασι πλούτου χρύσεαι
παῖδες εὐβούλου Θέμιδος.

Vel, ut Ausonio plectro utar:

JAmdudum hic proprias fixerunt
NVMINA sedes,
EVNOMIE, fundans Vrbes, jusq;
Sorores.
Alma DICE, flecti quæ nescia parq;
priori
Moribus IRENE, promæ omnes
divitiarum:
Consilio insignis THEMIDOS verè
aurea proles.

Quo elogio Pindarus Urbem Achaiæ celeberrimam Corinthum olim decoravit,

Sereno itaque vultu fœturam istam, Vestrum implorantem subsidium, excipite, à candido profectam animo fovete, & vo-

lunta-

luntatem hanc meam, quod unicum facultatis meæ est, Antidoti loco agnoſcite.

Deus Ter Optimus Max. ὑγιείας καὶ πανακείας autor, Rempubl. veſtram, unâ cum membris univerſis, quàm diutiſſimè incolumem tueatur, ac, ut meretur, in multa ſecula non minus dignitate, & honore, florere, quàm gratiâ & fortunis creſcere ſinat.

Excell. & Humanit. V.
ſubmiſsè colens

Matthæus Martini, D.

DE

DE MORBIS MESENTERII abſtruſioribus.



Nter morbos, in obſcuro poſitos, ac minus evidentes, Hippocrates libro de Arte partic. 17. illos cumprimis refert, qui circa ventriculum hærent, vel oſsibus moleſti ſunt.

Morbi occulti ſecundum Hippocratem quales.

Ac ventriculi quidem ratione res non prolixâ videtur egere demonſtratione. Cum enim Nutritionis officinam in ſentinam, atq; imum corporis, demandare Naturæ ſit viſum, & ob membrorum, quæ longâ ſerie complectitur, capacitatem, ingeſtiq; alimenti impuritatem, corporis hæc regio uberrimo ſemper ſcateat illuviei proventu; Fieri equidem aliter haud poteſt, quin cauſarum tàm exterius irruentium, quàm internarum occurſu, plurima in alimenti debitâ ex-

Prima corporis regio uberrimo ſemper ſcatet illuviei proventu.

purgatione, & ejusdem per tubulos Mesenterii perplexos, exilesq́; distributione, sese offerant, quæ concentum partium istarum, & functiones earundem, frequentius turbare, aut nonnunquã penitus evertere, queant.

Dissolutior victus ratio Mesenterii morbis causam præstat evidentissimam. Quare Mesenterium morbis excipiendis & foven-

Harum autem causarum, præter modum vivendi dissolutiorem, nulla videtur esse vel frequentior, vel periculo manifestior: quâ sæpenumero contingit, ut supervacaneorum humorum tantâ quandoq́; partes istæ obruantur illuvie, quæ destinatis inibi receptaculis tota excipi, coërceriq́; nequeat.

Cognoscere id minimè dubiâ fide, licet in iis, quibus aßiduâ ingluvie, aut ex morboso corporis apparatu, copiosa utriusq́; bilis, & pituitæ, progeneratur saburra. His enim sive per ἐπιῤῥοὴν id fiat, aut per ἀπόσκηψιν, per venas in Mesenterium dehiscentes, insignis humorum vitiosorum non rarò accumulari solet congeries, occasionem hospitii præbente & Mesenterii textura, ex duplici membranâ cõcinnatâ: & quod hoc viscus quampluri-

mis sit respersum venis: Adhæc lieni ac Epati substernatur, ideoque fluxionibus excipiendis maximè sit opportunum: tum quod humores, mittentium partium robore expulsos, promptè admittat: & quod frequentibus glandulis, iisque bibulâ, spongiosâ, & imbecilli, carne præditis, sit contexta. Hippocrates libro de Glandulis tex. 2.

dis maximè sit appositum.

Unde non unico, sed multiplici, affectus genere Mesenterium, & huic affixum pancreas, infestari, in eoque gravissimorum, variorumque morborum, fomitem, ac seminarium, multoties delitescere, usus notavit.

Quibus tamen ritè explorandis tanta subest obscuritas, ut Medentium εὐστοχίαν majori ex parte eludant: Ideoque, si Hippocratem exceperis, veteribus planè incogniti, indictique, fuere, ac recentium censuras etiamnum respuere, & examen eorundem refugere, videntur.

Mesenterii morbi veteribus incogniti.

Singulas autem hujus visceris affectiones, & cumprimis leviores, quas Natura sponte nonnunquam solet exolvere, seu febres, vomitus, tusses,

& hujus claßis infinitas, prosequi nostri jam non est instituti: Verùm gravioribus digitum solummodò intendere, & quæ sensibus in crebris cadaverum sectionibus sunt manifesta, quæq; ex propriis quibusdam signis innotescunt, excutere; tum ad accuratiorem Eruditorum limam imposterum ut revocentur: tùm ut ineptis Logiatrorum quorundam nugis remedium quæratur, quibus in ejusmodi casibus ventriculi duntaxat intemperiem, atque impuritatem, accusare, ipsumq; crebris exolventium subsidiis, in certißimam ægrotantium perniciem, quanquam irrito conatu, fatigare, nihil antiquius est.

Affectûm in Mesenterio diversitas unde emergat.

Oritur hæc affectuum diversitas vel à mittentium partium varietate, ac robore: vel ab humorum influentium vitio: aut ab inæquali causarum tàm internarum, quàm externarum, appulsu, & actione.

Partes mandantes quæ.

Partes mittentes præcæteris, in imi ventris repagulis contentis, visceribus sunt Ventriculus, Epar, lien & uterus: quandoq; etiam ab universo corpore

pore humores supervacanei eò transmittuntur, & novâ subinde accessione coacervantur. 5

Pro humorum peccantium conditione, & inclinatione, quibus Naturæ impetus diversimodè concitatur, materia modò crebris, & incertis, aut stato tempore, vel periodicè, erumpentibus, vomitibus sursum egeruntur: aut prodigiosâ copiâ inferius exturbantur: vel aliquandiu subsistentes, & coërciti, putredinem acquirunt, calori circumventi alieno, erroneas vagasq; succendunt febres, easq; cognitu admodum difficiles.

Humorum peccantiũ evarians conditio Naturæ impetum diversimodè evariat.

Et hæc febrium complicatio mirandas sustinet vices, prout in vasorum Mesenterii distinctis locis sanguinis, aut alterius humoris, sanguini commixti, originem habuerit putredo: vel unà cum Mesenterio, etiam in omento, Epate, Liene, utero, aut venæ cavæ ramis, sanguis putruerit.

Febrium complexus mirificus.

Unde, pro materiæ, ac fomitis, diversitate, modò continuæ, vel tertianæ, aut quartanæ, simplices & conju-

gatæ, modò nothæ ac legitimæ, vel lentæ, aut languidæ, emergunt.

Et his urgentibus ægroti vel nunquam à febre immunes, vel exacerbatione, certis diei intervallis, vel secundo, tertio, aut quarto die, invalescente, affligi, mirificisq́; symptomatum insultibus atteri, conspiciuntur.

Tophorũ in Mesenterio generatio.

Sin vero humores, mittentium partium robore impulsi, citra inflammationem substiterint, tunc vel in calculos ac tophos concrescunt, aut, multorum annorum decursu conclusi, tumores innumeros, seu abscessus, glutinosam, gypseam, sebaceam, albugineam, melleam, aut oleosam materiam, membranulis conceptam, continentes producunt: adeo, ut quandoque Natura universi corporis feces, ac recrementa, in Mesenterium deponere videatur, quò naturalibus visceribus incolumitatem conciliare possit: Vel, toto Mesenterio in laxiorem tumorem sublato, humoribus inibi sensim exarescentibus, infra umbilicum, & in imo ventre, in lapideam duriciem convertantur.

Natura universi corporis feces in Mesenterium sæpissimè deponit.

Non-

Nonnunquam & Epate ex infarctu, vel aliam ob causam, languentis, Renumq́ facultate attractrice dejectâ, Sanguinis serum majori ex parte restagnat, quod postmodum continuò affluxu adauctum nunc in abdominis capacitatem, vel intermedias Mesaræi membranas, cuniculis inusitatâ viâ actis, subitaneos hydropum status inducit.

Mesenterium in vastum quandoq; tumorem attollitur, aut in lapideam duriciem cõcrescit.

Hinc, Rondoletio part. 2. meth. fol. 77. teste, in corporum dissectionibus exploratum, omnes hydropicos, vel scirrho aliquo obsessos, glandulas Mesenterii induratas habere: Quod ipsum etiam in pancreate multoties usu venire, nemini, in sectionibus mediocriter versato, obscurum est.

Ex Mesenterio affecto hydrops qua ratione concilia-tur.

Glandulæ Mesenterii in omnibus hydropicis indurantur.

Ex horum malorum seminario progerminant & lumborum dolores atrocißimi: (Membranosa namque Mesenterii substantiâ peritonæi soboles, imò nihil aliud est, quàm peritonæum ad lumbos duplicatum, autore Riolano Anatomes fol. 525. Paralyseos, & colicæ nothæ, mutua acceßio: Colera: Melancholia hypochondria-

Morborũ ex Mesenterio affecto prodeuntium mira facies.

ca: Tusses siccæ diuturnæ: Languores inusitati: Atrophiæ: Cachexiæ: Diarrhææ; Vigiliæ aßiduæ: Sputa frequentia: Ventriculi, & capitis dolores: Convulsiones: Appetitus dejectio: Capillorum, aliarumq; rerum absurdarum, per superiora excretio: Dejectiones nigricantes copiosæ, exusto sanguini similes: Vermes: Vertigines: Tremores cordis: Epilepsiæ: Febres albæ Virginum; Dyspnææ: & id genus Chronicæ, difficilisq; notæ, & curationis, ægritudines.

Membrana crassior, à Jecore ad lienē subtus ventriculum extensa, in multis animadvertitur.

Quanquam præter hæc Mesenterii conceptacula, in non paucis deprehensum, Naturam quandoq; membranam craßiorem à Jecore ad lienem subtus ventriculum extensam, & colo intestino incumbentem, ad eosdem penè usus efformare: In qua, post superatas chronicas, & continuas, malignasq; febres, ac morbos Melancholicos, magna pravorum humorum vis coacervatur, quæ doloribus variis, intestinorum difficultatibus, tenesmis, aut vomitibus continuis, occasionem præstant certißimam.

DE MESENTERII INFARCTIBUS.

INter Mesenterii morbos primo loco occurrit instrumentarius ille, seu in viâ, OBSTRUCTIO, multorum aliorum affectuum parens? quæ nihil aliud est, quam angustia vasorum, ab humoribus, in iisdem contentis, facta.

Obstructio Mesenterii quid.

Et cum obstructio in morborum censu numeretur, res & necessitas exigit, ipsum lædere actiones, impeditâ facultate attractrice, retentrice, &, quæ operâ caloris nativi potissimum absolvitur, alteratrice.

Duplicem hæc agnoscit causam, Antecedentem, quæ fovet, & conjunctam, quæ suscitat morbum, aut in eundem demigrare nititur.

Causæ obstructionis in Mesenterio antecedentes & conjunctæ quæ

Harum nomine veniunt venarum Mesenterii nimia adstrictio, cujus Avicenna 14. tertii, tract. 2. cap. 14. & Galenus lib. de differ. & caus. morb. cap. 7. mentionem faciunt: suppressa mensium, aut hæmorrhoidum evacuatio: sanguinis abundantia, aut ejusdem, ob morbum præcedentem, exustio nimia: Jecoris, & vicinarum par-

tium robur, copiam humorum, instar molesti oneris, in hanc sententiam excutientium: humor crassus, lentus, plurimus, crudus, vel à cerebro in ventriculum copiosè procumbens, atque in tenues venas cum alimento penetrans, easq; obturans, vel, ut cum Galeno Hollerius annotat, folio septingentisimo nonagesimo cum spiritu flatulento in tubulis Mesaraei contentus: Bilis flava diutius præter naturam coërcita crassescensq; : humor atrabilarius, ab imbecilli Liene non attractus: Callus inter venas Mesaraicas, teste Benevenio libro de abditis, capito tricesimo. excrescens, & anadosin chyli prohibens: vel Tophi in eodem, & pancreate, residentes, Joubertus progymnast. exercit. quadragesim. quart. morbi chronici: Febres diuturnæ, Epidemiæ præ cæteris, & Quartana, magnam vitiosorum humorum

rum saburram secum trahentes: frigus intensum, quo humores concentrati in corpore figuntur, diutius perpessum.

Alimenta quin etiam viscida, crassa, motu vehementiori, aut balneis intempestivè usurpatis, in venas rapta: Sacharata, vel melle delibuta, atque condita, copiosius à picrocholis ingesta: aut qualitate minus laudabili prædita, ceu sunt carnes hircinæ, bubulæ, cervinæ, fumo aut muriâ adservatæ, nec non avium palustrium; panis azymus, ac vetustus: Extremitates animalium: Triticum coctum: Lagana: Pastilia, & ostreata quæcunq;: pisces saliti, fumo aut aëre indurati, ac lacustres: Fungi: Caseus vetustus, exuccus, aut putredine squalens: Fructus adstringentes immaturi: Ficus: & quæ virginibus aut gravidis vitioso desiderio expetuntur.

His addere licet variorum ciborum ingluviem: totius corporis impuritatem,

rem, à pravâ viſcerum conſtitutione proficiſcentem: ſupra ſatietatem, & poſt crapulam, non paucis adſuetam ferinam quandam voracitatem: laboris & exercitiorum rationem penitus neglectam: potum vini craßi, dulcis, auſteri, ac Cereviſiæ non defecatæ, vel triticeæ: aquæ frigidæ uſum liberaliorem, maxime poſt balneum, ac tempore impenſius æſtuante: medicamentorum frigidorum & Narcoticorum uſum frequentem: Violentum ab aſſumto cibo motum: ſomnum diuturnum: alvi ſuppreßiones validas: & inter cænandum affectus animi concitatiores.

Obſtructionis in Meſenterio ſigna unde petantur.

Signorum quædam materiæ obſtruentis conditionem ſequuntur, quæ, docente Avicenna libro 3. Fen. 14. tract. 2. cap. 14. concernit vel großinem ejus, aut viſcoſitatem, aut multitudinem, vel ab eadem factam repletionem: nonnulla ſedem affectã: quædam actiones facultatum vitiatas denotant.

Si vaporoſi & craßi flatus multitudo in Meſenterio accumulatur, inibiq; cohibetur, non gravitatis ſolùm, ſed & diſtenſionis ſenſum excitat. Ubi

Ubi materia obstruens fuerit acris, dolor vehementior est cum tensione: quandoq; etiam, evaporatione perseverante, malum universam Thoracis cavitatem occupat, ut aliquid suffocationi haud absimile se perpeti laborantes existiment: aliquando, ut Aëtius ex Archigene refert, in posticâ colli parte, ac juxta dorsum affligit, nonnunquam etiam in ipsa vertibula irruit: frequentius in utroq; latere occupatos tenet: interdum tumorem circa os ventriculi concitat, ructusq́; inanes producit, modicè alleviantes, suppressis iis, quæ per inferiora excluduntur.

Non paucis circa Ventrem tumor sublaxus apparet, manuum, aut aliarum rerum fotu quandoq́; mox cessurus: aliis deperditur appetitus, habitusq́; corporis imminuitur: capitis gravedines, & arteriarum circa dorsum pulsationes sunt molestæ: à sumto cibo malum incrudescit, ventriculus comprimitur: liquida ab alvo, chyli aut cremoris specie, vel porracea, defluunt: membra inflantur; ructus cohibentur, ac de-

ac dolor lancinans ad ſpinam univerſam protenditur: levantur ægri flatibus, ſive ructu, aut inferius exploſis: certisq; non pauci ſub intempeſtam noctem intervallis inſigni anxietate affliguntur.

Melancholia hypochondriaca cum infarctibus Meſeraterii ſæpiſſimè oritur.

Neq; inſolens eſt, ut à Meſaraicarum infarctu pertinaciori Melancholia oberiatur hypochondriaca, cumprimis in atrabilariis: quia, cum ratione obſtructionis ſanguinem liberè, ac citra obſtaculum, exugere nequeant, eundemq; per corpus univerſum transmittere, accidit, ut plus juſto incaleſcens ſanguis aduratur, & inde, converſus in humorem Melancholicum, in caput evaporet.

Quibuſdam cruditate invaleſcente exoritur Nauſea: Ex alimentis, in flatus commutatis, murmura, ac tormina ventris: ſputamina plura: Color faciei pallidus, aut fuſcus: Pulſus inæqualis, aut debilis: Anhelitus difficultas: Ructus acidi: Corporis gravitas: Pedum intumenſcentia: ſenſuum omnium hebetudo: Urinæ crudæ, tenues, modicæ, conturbatæ, divulſæ.

CURA-

CURATIO.

Cum perseverans obstructio ex Aëtii decreto lib. 3. serm. 2. cap. 2. in singulis corporis membris putrefactionem moliatur, febribusq; fomitem assiduo subministret, & ex Mesenterii potissimum infarctu nil præter hydropem, abscessus, fluxum ventris laboriosum, inflammationem, ac totius corporis extenuationem, sperare liceat: Idcirco ad attenuantium, & obstructiones reserantium, usum converti omnis cura debet.

Singulorum autem tàm medicamentorum, quàm alimentorum hæ debent esse dotes, & conditiones:

Alimentorum & medicamentorũ conditiones in obstructione Mesenterii demolienda.

1. Ut citra molestiam operentur, & infarctus clementissimè expediant.

2. Ut firmitatem ac robur tàm Epati, quàm Ventriculo concilient. Nam, ut præclarè dicebat, Avic. lib. 3. fen. 14. tract. 1. c. 1. Affectibus Mesaraicarum medelam adhibens, nulla simul Epatis, ceu fontis earundem, habitâ ratione, haud absimilis est illi, qui pedes, ex nocumento spinæ dorsalis obla-

oblæsos, Emplastro munit, & curationis principium, quod in spinâ residet, prætermittit.

3. Ut penetrent, aperiant, leniant, adstringendo roborent, abstergant, incidant, exiccent, putredinem cohibeant, &, si quid virulenti inciderit, corrigant. Holler. cap. 36. lib. de morb. int.

4. Quæ à proprietate Jecori sunt familiaria, ceu Rhabarbarum, Jecur lupinum, passulas, & id genus, admixta habeant. Idem. fol. 272.

5. Calefacientium, & attenuantium modus in iisdem statuatur, neq; caloris acrimoniâ mediocritatem excedant.

6. Ne bilis proventus adaugeatur, vel Epati, aut lieni, ad intumescentiam suppeditetur occasio, â dulcibus, quantum fieri potest, caveatur. Mercatus tomo 1. f. 417.

7. Purgatio non sit larga, neque continens, & aßidua, multò minus moderatæ limites transcendens. Suadere idipsum videtur meatuum conditio, nec non Natura, moderationis & secu-

securitatis servantißima, & humoris, infarctum molientis, indoles. Mercatus de morb. int. cur. lib. 1. cap. 1. fol. 329.

8. Cum morbus hic maximâ ex parte insigniter sit φυσώδης, ex mente Hippocratis lib. 4. acut. tex. 115. valdè erroneum erit, purgantibus uti medicamentis, flatibus ab imbecilli facultate genitis, & materiâ in quantitate & substantiâ adhuc mediocri existente. Ita namq; ulterius infringitur ac dißipatur facultas Naturalis, quæ deinceps præ impotentiâ ex quavis materiâ copiosiores producit flatus, qui, facultate jam imbecilliori, unà cum humoribus redduntur immorigeri, levioribus difficulter cedunt subsidiis, à vehementioribus autem effrenatiores fiunt, & maligniores.

Ex quo tandem hoc resultat incommodi, ut à purgantibus ægrotantes multò gravius afficiantur, tum quia hæc medicata nec flatus exhauriunt, ac dißipant, nec morbum demoliuntur: tum quia virtutem prosternunt;

 & ad flatuum generationem aptiorem reddunt.

Secus autem faciendum, ubi iidem crassioris materiæ, quæ ex corpore profliganda est, vitio potius, quam virtutis languore, producuntur. Mercatus de vero præsidiorum usu fol. 104. Aubertus progymn. exercit. 44. Schenckius observ. lib. 2. folio 215.

9. Incidentibus, & attenuantibus in principio naturam sollicitare, periculosum. Mercatus lib. de recto præsidiorum usu. 1. cap. 5. fol. 92.

10. Purgantia omnia sint ὁμοιότροπα, affinia, & quæ simul, pariq; facultatum molimine suas exercere possunt actiones. Heurnius.

11. Præparatio per syrupos, humoribus extenuatis, & ad partes infarctu obsessas fluentibus, fortiores dubio procul molitur obstructiones. Mercatus de morb. muliebr. fol. 214. Eandem etiam hyberno tempore, Galeni imitatione, Electuariis potius administrasse satius est, quam Liquoribus. Fernelius consilio 47. fol. 106.

12. *Pilulas, quæ ex moderatè agentium censu esse debent, pro vicinarum partium expiatione, horam unam ante pastum exhibere commodius est. Mercatus de vero præsid. usu.*

13. *Morbo moram trahente, evacuationes materiæ, è tubulis Mesaraicis promovendæ, destinatæ, per Epicrasin repetuntur, reseratis prius viis constipatis, & humore per digestionem quodammodò præparato.*

14. *Viscidi & lenti humores, exemplo Galeni 5. meth. 12. attenuantibus & extergentibus corriguntur: Biliosi verò, exusti, & qui ad phlogosin properant, moderatè refrigerantibus, ac detergentibus, ad evacuationem idonei redduntur.*

Curationis autem formulam ad hasce tres revocare licet intentiones, quarum prima victus ratione convenienti & medicamentis, cuilibet materiæ aptis, absolvitur: Altera materiam infarctus facientem clementer elidit: Tertia partes mandantes, vel ex constipatione debilitatas, corrigit. Curandi intentiones.

Quid in iis administrandis pensitandum.

In quibus tamen scopis accuratè pensitandum, num recens fuerit obstructio, ac diuturnior: num â causis dependeat procatarcticis, vel aliorum membrorum vitio promanarit, & an à Mesaraicarum angustiâ foveatur, vel â flatibus, aut simili quadam causa, producatur.

Victus ratio.

Quam in crassiorum ac viscidorum humorum pleonexiâ pro primâ ac præcipuâ curandi lege dignari licet, victus ratio secundum quantitatem & qualitatem ritè adornanda est

Qualitas extenuans, moderato calore reficiens, incidens, ac detersoria sit necessum est.

Aëris ambientis conditiones.

Aër itaq; calore & siccitate sit moderatus, qui puritate substantiæ nutriat, & lucis candore serenet, non crassus, densus, nimiò gelu turbidus, caliginosus, & alienâ permistione inquinatus, spiritus obscurans, sanguinem & humores labefactans, cor mœstitiâ perstringens, corpus degravans, mentem obnubilans, vel repentinâ & insolenti mutatione gravis.

Somnus sit nocturnus, & intra mediocritatis limites consistens, ita, ne excedens sensuum mentisq; vires corpore debilitet, calorem obtundat, spiritus effundat & obnubilet, functiones naturales infringat, & crudos humores accumulet: Imminutus verò facultates corporis exhauriat, sensus hebetet, ac mentem perturbet. Somnus.

Quies diuturnior, ac vita desidiosa, calorem inertem, spiritus torpidos, & ad omnes sensus, mentis, ac naturæ functiones segniores reddens, corpus degravans, corrumpensq;, cruditatum quinetiam, obstructionum & excrementorum proventum generans, modis omnibus cavenda. Quies.

Multò verò minus violentis & intempestivis corporis exercitiis, ac motibus, quibus viscera efflictim concutiuntur, spirituum substantia exhauritur, vinculorum robur dissolvitur, sanguis præter modum excalfactus, liquatusq; propriis conceptaculis effunditur, corrupti humores, ignobili loco coërciti, & quasi consopiti, quiq; à Natura progressu temporis concoqui, Exercitiorum limites, & intempestivorum incommoda.

 edoma-

edomari, & sine periculo excludi poterant, in furorem aguntur, morbosq; indiem varios, tùm cutaneos, tùm alios exuscitant, præsertim mox finito pastu, indulgendum.

Evacuationes consuetæ.

Quotidianæ etiam, aut consuetæ, atq; ad vitam tutandam comparatæ, eximieq; conferentes, evacuationes sedulo procurandæ, ne, præter rationem subsistentes inhibitæq;, naturæ sint molestæ, morbisq; materiam concepta putredine, substernant.

Balneo.

Balneorum aquæ dulcis usus, cum moderamine adhibitus, ad intercutanea spiracula laxanda, humorum reliquias calefaciendas, fluxas fundendas, eliquandas, & eluendas, Mesaræi tubulos ampliandos & aperiendos, sordes iisdem impactas detergendas, & crassam terrenamq; illuviem removendam à plerisq; innoxius censetur. Hæc tamen adhibenda sunt cautione, ne quid crudi humoris inprimis viarum ductibus hæsitet, quod momento ac corpus rapi queat, neve in visceribus efflatu digna adsit impuritas, aut præcedentis cibi elaboratio nondum ritè fuerit absoluta.

τὰ ἀφροδίσια verò non nisi ad materiæ turgentis redundantiam imminuendam sunt expedienda.

Animi denique pathemata, ac perturbationes, quibus, ceu procellis ac fluctibus, mens jactatur, Spiritus unà cum calore ingenito ad interiora affatim revocantur, cor vehementer angitur, ac strangulato calore tantum non obruitur, omni ratione declinanda, sed, quies animo ut impetretur, summo studio incumbendum.

Cibi laudantur Euchymi, concoctu faciles, & ad nutritionem optimè comparati. Ex horum censu sunt Juscula pullastrorum gallinaceorum, Caponum, Carnium vervecinarum, & Juvencorum, quibus petroselini ac fœniculi radices, uvæ passæ, cappares, & coma anethi, Salvia, & Rosmarinus, fuere incocta. Et hæc nonnunquam succorum acidulorum aspersione imbui possunt, quò dejecto appetitui consulatur, humores super- Ciborum delectus.

vacanei reprimantur, fervor & acrimonia eorundem obtundatur, omnisq́; febrilis putredo coërceatur.

Ex carnibus laudem merentur hinnulorum, leporum, gallinarum, perdicum, caponum, agnorum, hædorum, vitulorum, mutonum, merularum, turdorum, & avium sylvestrium omnium, cinamomo, caßia, mace, Nuce myristicâ, croco, pipere, capparibus, olivis, baccis Juniperi, radicibus cichorii, caulibus Cinaræ, asparagis, nonnunquam etiam, Acetosâ, conditæ.

His adjunguntur pisces saxatiles, hysopo, origano, majoranâ, aut, ex Alexandri decreto, porro, cocti.

A lacticiniis, dulcibus, melle & saccharo paratis, in oxycholis præsertim, & quibus præcordia effervescunt, aut febris lenta molesta est, fructibus horariis, oleribus viscidis, stypticis, craßi nutrimenti, leguminibus, & fructibus acerbis, austerisq́; gula cohibenda.

Panis sit benè coctus, & fermentatus, non mucidus, secundarius, recrementitius, ac durus: sed coriandrorum

rum præparat. & Carvi, vel corticibus citri, Seminibus conditus.

Potus. Potum copiosum, inquit Aëtius Tetrab. 3. serm. 1. cap. 27. tanquam infestißimum hostem sic affecti fugient. Probantur autem vina tenuia, subaustera, limpida, alba, odora: nec non Absynthites, Asarinum, Chamædrytes, nunc meratum, nunc, pro utentium more, dilutum.

Acidulæ. Maxima etiam dos est Aquarum, quæ ex fontibus petuntur Acidulis, sapore subacescentis vini longè gratissimo, quæq; ferri mineram præter fluentes lambunt.

Damnantur dulcia, crassa, adstringentia, nigra, vetusta, ac recentiâ nimis, Vina: nec non Cerevisiæ triticeæ, picatæ, feculentæ & aquæ illaudatæ, crudæ, nivosæ, palustres.

Et hæc in singularum rerum apparatu gnaviter observasse opera precium erit maximum: ita tamen, ne à mediocritate longius recedatur, & consuetudini nonnunquam, cujus vi Naturæ leges frequenter evincuntur, aliquid concedatur.

Quantitas ciborum ut adorpanda.

Quantitas cibi convenienter augenda, vel minuenda est pro ætatis, temperaturæ, constitutionis, anni, & quæ his respondent, conditione. Haudquaquam vitæ adfectandum liberioris iter, genius ubivis defraudandus, cibus contractus, pressius, minimeq́ indulgens, exhibendus, gulæq́ superfluitas omnis subtrahenda, ut, si quid crudi, verum utilis, sanguinis in venis adhuc remanserit, perfectius excoquatur.

Si malum ex venarum angustiâ originem traxerit, cibus, ex Aëtii sententiâ, tenuis ter aut quater de die, modicâ tamen quantitate, subministrandus.

Medicamentorum series in Mesenteriis.

Institutâ victus formâ, remotis impedimentis, primisq́ viis clystere alvum eluente, vel levi pharmaco, ceu Mannæ, Caßiæ, & foliorum senæ, seorsim, aut conjunctim, facto extracto, in minimâ dosi usurpato, aliove idoneo, dissolutis, ad concoquentia, incidentia, attenuantia, aperientia, ac detergentia subsidia properandum: nunquam non curiosè iisdem admiscendo,

scendo, quæ visceribus familiaria sunt, & humoribus accommoda. Sin autem humor coacervatus lentore crassicieq; minimè sit insignis, neq; impuritas ventriculi obstiterit, prætеritâ digestione protinus subduci potest. Fernell.lib.3.meth.med.cap.12.

Digerentis decocti hæc esto norma:

℞. Radic. Taraxaci, Polypodii, Schorzoneræ, Graminis, in aceto maceratarum ana unc. unam: Lupuli Cichorii, Glycyrrhicæ ana unciam dimid. Sem. Cuscutæ, Scariolæ ana sesquidrach. Melonum, Cucumeris ana drach. tres, Fæniculi dr. j. Summit. Absynthii pont. Fumariæ, Florum Buglossi, Cichorii ana man. dimid. Folior. Scolopendriæ, chamædryos, Epaticæ nobilis. Agrimoniæ, Cuscutæ ana man. unam: Passularum Corinthiacarum dr. decem: Obiter confracta cũ seri caprini optimè depurati, & Aquarũ Cichorii, ac Fumiterræ, ana æquis portionibus, in vase accuratissimè obserato tandiu ebulliant, quoad Vim omnẽ

in liquores transfuderint. Juris colo transmissi unciis XV. admisce Syrupi de capillis ven. de acetosa, compos. ana unc. duas, & fiat ex mixtis Syrupus, cujus Dosis sint Unciæ quatuor, quibus admisceri potest Spiritus Tartari drach. dimidia: Vel extracti fol. Scolopendriæ, Melissæ, Eupatorii, & similis q. s.

Oxymelita inter obstructiones expedientia primarum obtinent.

Inter ἐκκαθαρτικὰ τῶν πόρων Quercetano ac Mercuriali potiores videntur habere partes Oxymelita composita, in quorum albo insignis efficaciæ est, quod

℞. Cort. rad. Fraxini, capparum ana unc. dimid. Rad. Schorzoneræ sesquiunciam: Buglossi, Cichorii ana drach. sex: Pimpinellæ, Aronis ana dr. iij. Sem. Melonum unciam dimid. Asparagi, Fæniculi, Anisi, Rusci ana dr. j. Fol. Fumariæ, Ceterach, Chamædryos, Cuscutæ ana man. j. Flor. Buglossi, Epaticæ albæ, Boraginis, Sambuci ana man. dimidium: Rasuræ ligni Rhodii unc. dimid. Contusa macerentur in aceti passulati, & Aquæ pomorum dulcium

tium destill. ana q. suff. per quatriduum, ad ignem balnei maris, vase optimè sigillato, ad tertiæ partis casum: Colaturæ leviter extrictæ adde mellis ritè despumati, vel Sachari albi q. suff. & factâ per manicam Hippocratis transmisione paretur Oxymel, Epar, lienem, ac totum Mesenterium, roborans, eorundemque infarctus simul excindens.

Addere prædictis licet & Essentias ex absynthio, Persicariâ, Agrimoniâ, Agerato, Chamædry, Chelidonio, Betonicâ, Marrubio, Scolopendriâ, & similibus, digestione convenienti ad eximiam virium amplitudinem excrescentes. Essentiæ

His subjungantur, quæ corporis expiationi inservire, attenuatum jam humorem protinus evocare, sedibusq; suis exturbare nata sunt: & illa quidem haudquaquam Elateria, μοχθηρὰ, vehementia, aut nimioperè agitantia: quorum morbus hic, à laudabili victu genitus, præsertim initio, planè impatiens est. Evacuantia, & eorundem leges.

Liqui-

Liquidorum autem in hoc casu, quàm solidorum, commodior est administratio, tum quia altius penetrant, tum etiam quod ventriculi tunicis minus tenaciter inhærent.

Præter vulgaris notæ decoctiones, infusiones, Gallorum veteranorũ brodia exolventia, serum lactis Catharthicũ, pulveres, morsulos, pilulas, & syracesmos, in hunc usum referri possunt Syrupus helleboratus major & minor Quercet. pharm. dogm fol. 300. de pomis cum Senâ ejusdem fol. 285. de Succo Chamæmeli Italici Tartari satus: de Succo Genistæ. Quercet: Oxymel helleboratum Juliani. Oxymel de peto purgatorium Quercet. pharm. dogm. 238. Liquor Tartari Lobelii in historia stirpium folio 388: Spiritus Tartari Crollii folio Basil. Chym. 160: Chrystallus Tartari, cum Diagridio exhibitus; Penotti Itiner. 285. Arcanum Tartari Rubei lib. de destillat. 77. Vinum senæ purgans Quercet. pharm. dogm. 205: Catholicum exolvens ejusdem 208. Rosarum purgans ejusdem fol. 211: Helleboratum ejusdem fol. 212. & quod ex prunorum Sylvestrium, Persicæ

arbo-

rboris, ac Centaurii min. floribus eidem paratur pharm. dog. fol. 293.

Adhæc, Oleum vel Essentia Rhabarbari, hellebori nigri, aut Rosarum: Diahelleborum Quercetan. pharm. d. fol. 334. pilulæ Tartareæ, ac de Centaurio, in liquore idoneo solutæ pharm. dogm. fol. 353. ac 355. Extractum purgans hæderæ Quercet. fol. 580. Panchymagogum Crollii Basil. Chym. fol. 137. Extractum Rhabarb. Quercet. Ph. dogm. 717. Catholicum ejusdem fol. 721. Melanogagum ejusdem 724: & alia id genus infinita.

Quibus etiam in robustis, & affectu contumaciori, Flores Antimonii correctos Crollii, & Mercurii laudanum, seu Theriacam Metallorum, addere licet.

Sin corpus succi plenum, & obscuro quodam rubore sit perfusum, neq; aliud quidpiam refragetur, evacuationis vice, inter initia, post usum leniter exolventis, sanguis est dimittendus, humoribus præsertim ad caliditatis excessum vergentibus, & copiâ suâ molestiam exhibentibus, si incipiens adhuc fuerit obstructio, naturæ vires luceant, neque occasio Venæ sectio.

hoc subsidii genere utendi è manibus elapsa est: Leonellus in praxi folio 498. Licet enim ex decreto Galeni 11. meth. med. 14. infarctus interiorum sanguinis missione haudquaquam curentur: Reliquis tamen subsidiis, plenitudine inprimis in corpore id flagitante, obstaculo esse potest, quo minus tutò adhibeantur. Addo, quod in confesso sit, cum materias exagitet, locoq; moveri cogat sanguinis missio, eandem etiam obstructioni à crudis humoribus conferre, adserente id Jac. Sylvio meth. med. f. 167.

Fodiatur autem jecoraria in dextro cubito: licebit etiam, hac non apparente, ad mediam torosiorem confugere.

Rarò enim, nisi infarctu invalescente, & jecore in mali consortium jam transeunte, Medici consilium expetitur.

Hemorrhoidum apertio.

Vicariam Phlebotomiæ præstat operam Venarum sedalium apertio, quas si initum verint, & aliquandiu suppressi fuerint, ferro, sin minus, sanguinis in talo missione, aut aliis ingenii

niis expediri convenit. Idem etiam, mensibus diutius cohibitis, Saphenæ apertione moliendum.

Peractâ humorum præparatione, iisdemq; in Mesenterii tubulis secundum rationem attenuatis, detersis, subductis haud inscito consilio Aëtius Tetrabibl. 3. serm. 1. cap. 27. Ventriculo non planè elanguido, in adsuctis, & quibus nulla suffocationis, inflammationis, aut abscessus in faucibus, doloris oculorum, cruentæ expuitionis, aut ruptionis in venis, periculum metuendum: Oris quinetiam amaror, & humorum inclinatio ac motus ad Ventriculum adsint, Vomitum commendat. Noxios enim humores ex ipsis fontibus elicit, & quæ purgatio in primâ corporis regione non eluit, extirpat vomitio.

Vomitus provocatio.

Duplici itaq; nomine vomitus in hoc morbo emolumentum ægroto conferre potest, eò quod non expurgantis modo subsidii, sed & derivantis, rationem sustinet. Mercatus de vero præsid. usu lib. 1. cap. 9.

Vomitus duplici nomine in hoc morbo utilis.

Utrobiq; tamen ad affectuum corporis conditionem, sensum morbo intabescentis, ætatem, sexum, habitum, temperaturam, anni tempus, regionem, victum, vitægenus, egestiones, affectus animi, & quæ superveniunt, ut respiciatur, operæ erit precium.

Obstructiones Mesenterii vomitu haudquaquam violenter exolvendæ.

Confertim autem, nisi copiosus adfuerit materiæ biliosæ, & acris proventus, obstructiones vomitu exolvere vel eundem invito ægroto obtrudere, minus sani erit judicii: ne, Ventriculo, humorum copiâ & malitiâ impensius lacessito, præcordia crebrâ istâ & validâ concussione nimis debilitentur, vel, quod multoties usu venire consuevit, capite ac sensibus præter rationem turbatis, Vertigo, Cardialgia, aut motus convulsorii, concitentur.

Ideoq; satius fuerit, eundem tertio aut quarto die repetiisse, atq; ex Hippocratis consilio libro de morb. mulieb. fomentum ventriculo nunquam non præmisisse.

Materiæ remedio-

Levioribus autem Emeticis uti tutius semper fuerit, vel ab iisdem exordium

ordium duxisse: quam in classem referuntur Agarici cum Thymo, & radicibus Betonicæ, decoctum, Mercat. de recto præsid. usu cap. 9: Electuarium Diasaru Fernelii lib. 7. meth. med. ad drachmas tres: ex aqua hordei, vel mulsâ, aut sero lactis exhibitum: Oxymel Asarinum Zapatæ fol. 111. Aqua Æsculapii ejusdem fol. 113: & Rubei libro de destillat. fol. 73: Aqua Benedicta Rulandi, in centuriis decantata: aut Quercetani pharm. dogm. fol. 328: Crocus Metallorum ejusdem: Gilla Theophrasti, aut Sal vitrioli Crollii fol. Basil. Chym. 119. Vel Essentia Genistæ Plateri tract. 2. cap. 16. fol. 712.

rum Emeticorum.

Posteaquam humoris vitio, ac materiæ è tubulis, & reliquâ Mesaræi texturâ, exterminandæ, prospectum, hisce remediis opera impendenda erit, quæ & residuum oppilationis integrè, ac citra molestiam, removere, & eadem operâ firmitatem Epati, roburque ventriculo, conciliare possunt.

Residuum obstructionum removentia, & Epati ac ventriculo robur cōferentia medicamenta.

Universim autem hisce dotibus prædita esse debent, ut præter vim atte-

nuandi & incidendi, calorem partium congenitum, ac temperiem earundem nativam fovere, odore spiritus reficere, vires accisas resarcire; flatuum proventum reprimere, coctionesq́; interaneorum promovere valeant

Epar confortantia.

Epati, Naturalis Oeconomiæ in corpore principatum obtinenti, præter usum Aquæ Sulphureæ in balneis, salubriter, ac dote quadam huic visceri proficuâ, adhibeantur Antidoti ex Chalybe, ex quarum censu est, quàm commendat Ludov. Mercatus lib. 1. de morb. intern. curat. lib. 4. cap. 1.

Antidotus ex chalybe Mercati.

℞. Syrupi de Eupatorio, vel Agarato comp. unc. vj. Pul. Epatis lupi præp. drach. ijß: Squinanthi drach. j Oxymel. compos. unc. dimid. Spumæ, aut rasuræ Chalybis, aquâ graminis curiosissimè elotæ, ac post modum aceto montano solutæ, & accuratè levigatæ unc. iij. Misceantur in formam Opiatæ.

Vel, quæ Venetis officinis est familiaris:

Elect. venetorum ex chalybe.

℞. Limaturæ Chalybis ritè præpar. unc. iiij. Spec. Diarhod. Abbat.

Diacurcumæ ana unc. j. Pul. Trochisc. de Eupatorio, de Absynthio: Epithymi ana unc. dimid. Comprehendantur mellis despum. aut conservæ Idoneæ suff. q. pro Electuario.

Haud minoris efficaciæ in dissipandis ac fundendis, humoribus subsidium est Syrupus ex scoria ferri Leonii, vel Mercati, de morb. int. curat. lib. 4. cap. 1. nec non lib. 2. de muliebr. affect. cap. 6. ac 18. ex Chalybe, qui multoties, etiam primis curationis diebus, admisci vomitoriis consuevit, Mesenterio, ac venis, ventriculo proximis, infarctu obsessis. Licet nonnulli hoc periculi subesse putent, quod interdum vi medicamenti istius Sulphurea ac Mercuriali superfluitates, in viis communibus hærentes, ad interiora majori impetu ferantur. Syrupus ex scoria ferri Leonij.

Delicatioribus Croci Martis Essentia, post usum attenuantium, & alvum subducentium, à scrupulo uno ad drachmam dimidiam, cum aqua Cichorii, vel Intybi, in malo confirmato, insigni exhibetur emolumento: aut ferrum potabile Libavii, in liquore

expediente solutum lib. Alchymæ fol. 95: Vel oleum Vitrioli Veneris ac Martis Crollii Basil. Chym. fol. 221. ad XV. vel XX. guttas, cum aqua Chelidoniæ propinatum: aut Vinum Chalybeatum Quercet. Diætet. fol. 479. ac pharm. dogm. 223. & seq. vel extractum Chalybis, conservæ accommodæ permixtum.

Pilulæ de scoriâ ferri.

A Leonio sect. 1. art. med. cap. 21. celebrantur pilulæ de scoria ferri: Aëtio Tetrab. 3. serm. 2. cap. 2. succus Chelidonii inspissatus, in pastillos formatus, ac per triduum, aut amplius, exhibitus: Quercetano pharm. dogm. cap. 25. fol. 694. Extractum Chelidonii, plurimis affectibus expugnandis aptissimum, ad scrupulum unum, cum aquâ propriâ exhibitum: Crollio Tartarus vitriolatus, per aliquot dies in aurorâ ministratus, Bas. chym. fol. 117. Rubeo Arcanum Tartari, lib. de destillat. fol. 77. Hollerio de morb. int. lib. 1. cap. 36. & Quercetano Jecoris lupini Essentiæ, vel extracta: Diapassulatum Hollerii l. c. Electuarium de vino ejusdem: necnon Antidoti Epaticæ Quer-

Succus Chelidonii.

Tartarus vitriolatus.

Arcanum Tartari.

Jecoris lupini essentiæ.

Electuarium de vino.

ret. pharm. dogm. fol. 487. 489. & extracta ejusdem Epatica fol. 702. & seq. Antidoti & extracta Epatica.

Quibus nonnunquam & sal Chamomillæ, Chelidonii, Levistici, Agrimoniæ, Centaurii minoris, & Garyophyllatæ: vel, qui insignis est efficaciæ, pulvis seminis, aut radicum, spatulæ fœtidæ, aut foliorum hellebori nigri styriaci, substitui possunt. Salia. Semen & radix spatulæ fœtidæ.

Eximium etiam in hoc negocio est Arcanum Penotti, ex Vitriolo, Sulphure, ac silicib. destillatum, Cochlearis mensurâ, cum vino alternis diebus propinatum. Arcanum Penotti.

Langio in Epist. medicinal. lib. 3. fol. 871. hæc Aqua commendatur:

℞. Caponem deplumatum, evisceratum, in partes deductum, coctione eliquatum, & cum ossibus in pila comminutum: adde aquarum violarum, Betonicæ, Endiviæ, Lupulorum, Cuscutæ, Cichorii ana unc. tres: Succi Pomorum redolentium unc. quatuor cum dimidia: Decoctionis Caponis macræ lib. unam: Sandalorum Citrinorum scr. quinq;: Spodii dr. j: Cinamomi Aqua Caponis Langii.

dr. duas: Camphoræ gr.v. Reponantur in balneum maris, vase probè sigillato, ac decoquantur horas quatuor in aquâ ebullienti: Colatura tandem fortiter, expressa reponatur in alembicum, & in balneo vaporoso destilletur.

Jus galli.

Suum etiam meretur locum Jus alectorium hunc in modum apparatum:

℞. Rad. Polypodii Querc. Schorzoneræ ana Unciam unam: Sem. Carthami contusi Unc. j ß. Thymi, Epithymi, ana pug. j. Sem. Scariolæ, Anisi, Anethi, Carvi, Carduibened. ana dr. ij. Folior. Senæ Unc. j. Turbith gummosi Unc. dimid. Chrystalli Tartari albi Unc. ij. Salis gemmæ Unc. dimid. Comminuta inserantur Ventri galli decrepiti, eviscerati, dein coquantur in tribus aquæ partibus, & Vini albi unâ, quousq; Caro galli ab ossibus separetur: Decoctum ad plurimos dies usurpetur.

Topica Jecori firmi-

Jecori roborando conferunt fomenta ex Absynthii aromatici, Chamæmeli Ro-

li Romani, Squinanthi, Calamenthi, Rosarum, florum Sambuci, Eupatorii, & Iuæ, decocto, cum modico Aceti parata: Vel, si frigidior invaluerit intemperies, cum vino. tatem cōciliantia

Quibus subjungatur Unguentum ex succis, obstructionibus reserandis aptissimum, quod,

℞. Succorum Apii, Petroselini, Fœniculi, Senecionum, Cichorii, ana unc. dimid. Aceti unc. j. Olei Absynthii unc. ijß: Bulliant ad succorum exhaustionem: & sub finem addantur pulu. Squinanthi, Spicę Nardi, ana drach. dimid. Ceræ pauxillum pro unguento. Unguentum ex succis.

Tandem etiam hypochondrio transversim substernatur Emplastrum, ex prædictis concinnatum.

Sin ex Urinâ comparuerit, exolutâ jam obstructione humoris extenuati reliquias à Naturâ per urinæ derivacula profligari: Idcircò huic motui variis ingeniis allaborandum, licet viâ minus regiâ fieri censeatur. Lotium provocantia.

Cumq; triplex horum subsidiorum sit conditio, ex sententiâ Mercati Qualia diuretica locum hîc

 lib. 1.

mereantur. *lib.1.c.3.fol. 90. de recta præsidiorum usu, non nisi istis locus hic conceditur, quæ pituitosos & crassos, omnisq; acrimoniæ exortes, humores, in venis contentos, fundere, vel à proprietate lotium provocare possunt: ceu sunt paulò ante notata chalybeata omnia, Terebinthina, Rhabarbarum, & his adfinia.*

Pilulæ Diureticæ. *Non improbari quandoque & hæ Mercati pilulæ possunt lib.4.de morb. int.curat. cap.1. quæ*

℞. Succi Absynthii depurati, & inspissati drach. j. Pul. Spicæ Nardi, Squinanthi, ana dr. dimid. Sem. Apii, Petroselini ana scrup. j. Cum succo Intybi effingantur globuli, quibus nonnunquam & Rhabarbari scrup. ij. cum Extracti Epatis lupini scrupulo, addidisse fas erit.

Vel:

℞. Terebinthinæ Venetæ, in aquâ Cichorii excoctæ dr. j. Rhabarbari drachmam dimidiam: Parentur ex mixtis pilulæ: Quibus, ex voto rem successisse ubi cognoveris, curationem ulterius prosequi licet.

Simi-

Simili ratione & Ventriculus, ceu universi corporis Oeconomus, cum vel ob subter eructatam, aut aliunde appulsam, proluviem, vitium levi negocio concipere queat, certis muniendus est roborantibus, atq; ab omni flatuum alvinorum irruptione integer servandus. Sæpè namq; Ventriculi medela, dextrè composita, plurimorum aliorum vitiorum curationem complectitur. Ventriculo robur excitantia. Quercet. pharmac. dogm. fol. 471.

Hanc operam ipsi præstant Elixir proprietatis Theophrasti; Mellago Juniperina, Diacydonio lucido, & confectioni Alkermes permixta: Syrupus de vino generoso Quercet. pharm. dogm. folio 305. de Canella Noribergensium, Juniperinus, ac de Radice Chinæ: Spiritus Chalcantinus, ritè præparatus: Arcanum Vitrioli: Essentia Menthæ, Carduibenedicti, Rosmarini, Salviæ, Ligni Sassafras, Rad. Enulæ, Garyophyllatæ: Extractum stomachicum Quercet. pharm. dogm. 701. Julepus stomachalis Langii Epistol. folio 908. & seq. Antidotus stomachica major, & minor,

Quer-

Quercet. f. 406. & qui praecipuam extergendi Mesenterium, Epar, & lienem, tartarumq; glutinosum in iisdem dissolvendi, vim habet, Pulvis Aronis stomachicus Birckmanni, qui

Tragema stomachachale ex Radice Aronis.

℞. Pulv. Rad. Aronis præpar. Uncias duas: Acori vulgaris, Pimpinellæ ana drachm. j. Oculorum cancri Unc. dimidiam: Cinamomi dr. iij: Salis absynthii, Juniperini ana drachm. j. Sachari Rosati tabulati qu. suff. pro conformando Tragemate. Quercet. pharm. dogm. c. 20.

His adjungantur Balsami aromatici ex oleis destillatis, cum Mannâ purißimâ extractâ coadunati: Olea destillata Menthæ, Garyophyllorum, Tacamachacæ, Gummi Carannæ, Macis, Piperis, Nucis Myristicæ, Majoranæ, Absynthii, Juniperi: Balsamum Indum Clusii: Liquor magnus Fioravanti: Sacculi: Fomenta: Scuta, & id genus, quorum formulæ in sequentibus exprimentur.

DE MESENTERII INFLAMMATIONE.

PRæter obstructionum frequentiam in Mesenterio, & vicinis partibus glandulosis, non rarò in iisdem & Inflammatio, abscessu mox suppuranda, animadvertitur, signis tamen longè diversis, eventuq; dispari.

Cum enim Naturâ varios sæpenumerò in Mesenterium deponat humores, ita ut quibusdam, citra noxam, multorum annorum decursu, vel singulis mensibus semel atq; iterum, aut citius, pituitæ acidæ, aut putris, vel bilis utriusq;, æruginosæ, porraceæ, aut vitreæ, insignis vomitu, aut per secessum, rejiciatur copia: Nihil equidem obstare potest, quin diutius coërciti, vel glandulis, ac venis istis perplexis, altius impacti, imbibitiq;, calore accedente extraneo, putredinem concipiant, & inflammationi, febribusq; variis, nec non abscessibus, materiam suppeditent. Quin & eò malignitatis, corruptionisq;, partes istæ visæ sunt devenisse, ut gangrænam, Inflammationis Mesenterii occasio.

malum

malum omnium corruptelarum pessimum, conceperint: qualis, Jouberto teste, in Rondoletii uxore fuit deprehensa.

Causæ Inflammationis.

Causas Inflammatio ferè easdem, quas obstructio, agnoscit: quibus addere licet & sanguinem, è venâ quapiam sensim quidem, sed per æstus, vehementesq; corporis & animi commotiones, excidentem, qui caloris regimine destitutus, certoq; loco coërcitus, & concrescens, cum amplius liberè eventari nequeat, putredine conceptâ exardescit.

His annumerantur Temperamenti, ex causarum non & præternaturalium actione Violentâ, subitò ingruens mutatio: humorum congestorum acrimonia, mordicatio, erosio, lapsus, aut percussio: facultatis Epatis retentricis, attrahentis, ac digerentis debilitas, & expultricis in eodem fortitudo: constitutionis calidioris malicia: refrigerantium intempestivus usus: Criticus, vel in febribus malignis, aut exanthematibus internis, Naturæ, humores peccantes in hanc sentinam

ſinam demandantis, motus: Uberior chyloſarum materiarum copia, quàm quas Virtus Epatis ad benignum reducere queat: debilitas virtutis ejuſdem alteratricis, & id genus, quæ vel per eſſentiam, aut conſenſum, Meſenterii temperiem labefactare poſſunt. Quin & nobis ante annos non paucos videre licuit, ob ſiniſtrè curatam Dyſenteriam, corruptos & acres humores, copiosè ab exeſis venis in Meſenterium reſtagnantes, inflammationes, & abſceſſus periculoſos concitaſſe.

Inflammationis in Meſenterio γνωρίσματα ſunt febris languida, occulta, & lenta, abſque tamen ſiti, & gravioribus ſymptomatibus, functiones ægri quotidianas haud quaquam interpellans: anorexia: tenſionis ac gravitatis ſenſus ſubter Ventriculũ, citra vehementem, & quæ nõ niſi preſſu animadvertitur, duriciem: Egeſtiones Chyloſæ, haud quaquam tamen ob digeſtionis vitium in Ventriculo concitatæ, quas ut plurimum ichor tenuis inſequitur, nullo doloris ſenſu, modò

Signa inflammationis in Meſenterio.

Taurellu Prognoſt. fol. 312.

modò seorsim ac sincerus, modò fecibus permixtus, defluens: absunt inflammationis Epaticæ signa, atq; prout inflammatio intestinis vel tenuioribus, aut crassioribus, supernis vel inferioribus, aut umbilico, vicinior est, molesta.

Impensus tamen, ac fortius hæc accidentia suam exercere ferociam solent, partibus, inflammatione obsessis, jecur vicinum in consortium trahentibus; quo quidem in casu febris ardens magnâ ex parte præcedit, mali deinde ad suppurationem vergente, lenta, atque tædiosa nimis, insequitur. Hollerius de febr.

Sensus Mesenterii abusus.

Insigni tamen haud caret admiratione, sensum Mesenterii adeò obtusum atq; hebetem esse, cum ex ipsius conformatione certum sit, plurimis illud constare, atq; respersum esse nervis. Ex Fallopii namq; in observationibus anatomicis testimonio elucet, quamvis Mesenterii pars superior circa primam lumborum vertebram, occasione membranæ, ejusdem cum peritonæo substantiæ, cumprimis verò arteria-

teriarum, geminarum, quæ ab Aortâ supra regionem emulgentium progerminant, exoriatur: Easdem tamen Arterias nervorum quorundam complexu, & illo quidem robustissimo, illicò circundari, ita ut originem progressumq; ipsarum insigniter occulet, infinitisq; propaginibus, adusq; viscera penè omnia, eorundem ductum concomitetur.

Pari ratione in exortu inferioris principii, sub finem tertiæ lumborum vertebræ, nervorum abunde est: eò quod Arteria ista unica, ceu dictæ originis fundamentum, simul ac ab Aortâ procedit, novo alio nervoso complexu manifestè comprehendatur, illiq; variis anfractibus, donec in intestino recto, ad sedem usq;, & in parte coli, obliteratur, associetur.

Posteaquam in confesso est, quod inflammationem ut plurimum sequantur abscessus, variiq; tumores, Naturam fatigantes, & ad maciem extremam corpus deniq; præcipitantes, inde emergant: Ea propter in auxiliorum usu hisce scopis curiosè insistendum

Curandi intentiones.

dum erit, quorum unus, prævia levi extersione, humores affluentes reprimit: Alter infarctus moderatâ incisione reserat: Tertius, Inflammationis solutionem confortantibus internis, & exterius admotis, molitur.

1. Scopus. *Et quia ex Avicennæ sententiâ 14. fen. tertii, tract. 3. cap. 18. cuilibet est exploratum, inflammationis Mesaraicarum curationem haudquaquam deviare à medela inflammationum concavitatis Epatis: Idcirco omne studium ad meatuum reserationem, & humorum discußionem convertendum erit.* Venæ sectio. *Quibus intentionibus cum minimè satisfieri queat, ni copiosus iste in sanguine, vel solo, aut alterius succi consortio inquinato, apparatus corrigatur: Ideo relictis rebus eundem imminuere operæ precium erit: hac tamen lege, ne occasionis ejusdem sis inscius, causasq; singulas, &, quæ ab his dependent, universa ad trutinam revoces, aque, ex ejusdem Avicennæ 14. fen. tertii, tract. 3. cap. 12. consilio, virtutis, ætatis, temporum anni, & alterum, accuratam rationem*

nem habeas. Quocirca viribus adhuc integris, & malo ex ubertate sanguinis, aut vitâ luxuriosius transactâ, acquisito, mediocrem moliri sanguinis detractionem, Venâ dextri cubiti sectâ, vel, quod satius erit, incisionem partiri, haud abs re fuerit, maximè si jecur Vicinum calore & siccitate, Naturæ limites quodam modò superante, sit manifestum habitusq; plethoricus id persuaserit.

Sin verò sanguis ex menstruæ purgationis remorâ, aut Venarum ani obsessu, redundarit, tantum cruoris ex tali Venâ primò detrahendum erit, quantum ad consueti fluxus defectum supplendum suffecerit: ac postmodum, pro doloris qualitate, ac virium modulo, ad venæ in cubito apertionem descendendum.

Ubi dictarum causarum nulla præcesserit, neq; occasio quædam, extrinsecus oblata, locum mereatur, verum ex ictu, casu, aut refrigerantium imprudenti usu, inflammatio exuscitata fuerit, roburq; virium etiamnum sibi constet, primò omnium sanguis è

brachio dextro, ac postmodum è salvatellâ ejusdem manus, erit subtrahendus.

Dimisso sanguine ejusmodi adornanda erit victus formula, quæ sanguinem imminuere, ipsius fervorem mitigare, & compescere, viresq; tueri & adservare nata sit, quæq; tenuisimul, & laudabili substantiâ, nec non abstergendi, reserandiq; facultate praestet. Avic. lib. 3. fen. 14. tract. 3. cap. 12. Mercatus de intern. morb. curat. lib. 4. cap. 21. Ex horum grege sunt Cremor hordei, jure pulli, aut juvenci dilutus, qui refrigerandi, abstergendi, & penetrandi vi polleat: Brodia pulli, gallinæ, aut Caponum, Oxalide, Cichorio sativo, Endiviâ hortensi, Portulacâ, Floribus utriusq; Buglossi, nonnunquam & baccis Ribes & Oxyacanthæ, condita: Expressa ac destillata Carnium Vituli, Caponum, Gallinarum, Cancrorum: Emulsiones Seminum Melonum, Cucurbitæ, Citrulli, cum micâ panis haustæ: Carnes pullorum, Perdicum, avium montanarum, ac Piscium saxatilium.

Victus ratio.

Ovo

Ovorum, quæ craßi sunt ac flatulenti nutrimenti, placentarum pinguiorum, casei, panis triticei, ac dulcium, adstringentium, amarorum, salsorum, & acutorum omnium, usus planè est improbandus.

In potu concedenda Aqua hordei, vel Caponum destillata: Cerevisia hordeacea, probè defecata: ac, cessante phlogosi, Vinum oligophorum, satis dilutum.

Omninò enim cavendum, ne evaporationes calidas adaugendo, vel imperitius repellendo, jecur in mali consortium trahatur.

Quies deniq; corporis & animi persuadenda: somnus pro juvandâ coctione, ac tensione Ventriculi sublevandâ, consueto longius protrahendus: nonnunquam & balneum aquæ dulcis, deflagrante incendio, pro resolutione materierum adustrarum, ac duricie resolvendâ, concedendum, 6 Avicenna loco modò cit.

Expurgantia in principio mali rarò, aut nunquam, tutò adhiberi possunt: Id quod etiam de his, quæ uri- 2. Scopus. Purgantia in hoc casu ma-

 nam

xima ex- parte de- vitanda.

nam movent, subaudiendum erit. Metus enim, autore Galeno 14. meth. med. 11. subest, ne vel citius, aut gravius, Jecur ac Mesenterium inflammentur, evocatâ nimirum materia per partem affectam, vel eadem vehementius commotâ, irritatâq;.

Materiâ tamen copiosâ præsente, & phlegmone ad coctionem properante, explosis omnibus Catharticis, quorum irritatione fluxiones promoventur, & interiora de novo succenduntur, solius Mannæ, decocto idoneo extractæ, aut quod similis est farinæ, diluti Rhabarbari, vel infusionis Rosarum pallidarum, aut Violarum exolventis, cum aquâ hordei, sero lactis; vel, quod alimentis admixtum levem evacuandi vim poßidet, decocto aut infusione foliorum Senæ, Epithimi, & radicum Polypodii, concedendus erit usus.

Remedia quæ fugienda in inflammatione Mæsenterii.

Myrobalani vero citrinæ, Tamarindi, & quæ facultate pollent nimis adstrictoriâ, ab Avicenna damnantur, idque ne partibus subtilioribus explosis, craßiores in Tophos, aut abscessus convertantur.

Si

Sic etiam Caſsiæ, in curationis auſpicio, eò quod fervore ſuo fluxiones exuſcitat, Platero aſſerente, non ſatis eſt tuta.

Sin autem ex prædictis ſolventibus aliquid exhibendi nulla datur facultas, aut exhibitum non proſit, Enematibus humores ſupervacaneos evocare, ac novos per eandem regionem derivare, haud erit abſonum. Iſtam tamen hoc in caſu adhibere cautelam ex re fuerit, ut, ex Avicennæ documento l. cit. D. à levioribus ſumatur initium, & in declinatione ad fortiora deveniatur. Enemata.

Concinnantur hæc ex decocto communi refrigerante, aut Aquâ hordei, vel ſucco foliorum ſiclæ, & id genus, cum Olei Violacei Unc. ij. Elect. lenitivo, Mellis Roſati, Sachari rubei ana Uncia dimidiâ, ac ſalis momento.

Efficaciora reddes ſic præſcribendo:

℞. Folior. Malvæ utriusq;, betæ, ana man. dimid. Mercurialis, Centaurii min. ana pug. j: Origani, hyſopi ana pug. ſ. Rad. Polypodii Unc.

 dimid.

dimid. factaq; decoctione, colatura Unciis IX. admisce Ol. Chamæmelini, Violacei ana Unc. ij: Amygdalar. dulc. Mellis Rosati ana drach. VI: Pulpa Cassiæ recenter extr. Electuarii Catholici ana Unc. dimid. misce.

Hæc tertio quoque die injici poterunt, nunquam non additis, juxta purgandi indigentiam iis, quæ status morbi requisierit.

Et hos expiandi limites excessisse, vel neglexisse, Alexander libro 8. chronicorum cap. 1. malè sani censet esse judicii, eò quod maximorum inde malorum Seges resultet, inflammatio ad Epar devoluatur, & materiæ vel suppuratione resolvantur, aut lapidum, vel tophorum, naturam induant.

3. Scopus inflammationis reliquias excindens.

In declinationibus tandem harum inflammationum, & calore interaneo remittente, ad reliquias à mesaraicis excindendas, variis progredi licet ingeniis, admixtis quandoq; solvente lenis, & iis, quibus tonus Epatis integer potis sit asservari.

Insignis

Insignis in hoc casu præstantiæ sunt Decoctiones ex Radicibus Schorzoneræ, Rusci, Glycyrrhizæ, Graminis, Chinæ, Asparagi, cichorii, Sem. fæniculi, quat. frig. majoribus & minoribus, germine cuscutæ, floribus Cordialibus, & passulis in Brodio gallinæ, Caponis, sero lactis, aut aquâ pluviâ factis, & aliquandiu mane seroq; usurpatis. Decocta.

Neque labor fuerit irritus, iisdem guttas aliquot spiritus chalcantini, aut salis, ritè præparati, vel soluti T rtari, aut cremoris ejusdem drach. dimid. Croci sulphuris, vel salis prunellæ momentum, vel, in defectu virium nimio, de Margaritarum, Corallorum, aut hyacinthi magisterio parum admiscuisse.

Ex prædictis hoc vel simile Destillatum concinnare licet:

℞. Rad. Schorzoneræ, Cichorii ana unc. iij. Dentis leonis, fragariæ, Buglossi Acari, ana unc. j. Asparagi, Graminis ana sesquiunciam: Summit. Absynthii pont. fumariæ, Cuscutæ ana man. j. cum dimidio: florum Buglossi, Violarum, Epaticæ, Destillatum.

 Sambuci ana man.j: Squinanthi dr. j. Sandalorum omn. ana drach. iij. Sem.quat.frigid.majorum ana Unc. dimid. Passularum Corinthiacarum contus.libram dimidiam: Succi foliorum Endiviæ, Cunilæ, Pomorum dulcium, Fumariæ depuratorum ana lib. j. Succi Citri, Limonum expr.ana unc.iij. Comminuta, exceptis Succis, infundantur per octiduum, in balneo maris vaporoso, vase probè munito, postea fiat omnium conveniens in conditorio hyalino destillatio.

Inter Linctus præsentem adhibent medelam Diapassulatum Hollerii: conserva mali citrii: Tincturæ Rosarum, Violarum, aut florum Buglossi, vel Garyophyllorum Vitriolatæ: aut quod hunc in modum efformatur Electuarium:

Electuaria

℞. Conservæ Flor. Buglossi, Violarum ana drachm. vj. RosarumDamascenarum sesquiUnciam: Carnium Nucis Indicæ cond.Unc. j. Florum citri condit. Unc. dimidiam: quibus mediocriter contusis

in Vaſe vitreo adde Ol. chalcantini ritè præp. q. ſ. pro juſto acori conciliando: poſtmodum admiſce Confectionis Rotularum ex ſucco Berberis drachm. vj. Loch. vel ſucci pomorum acidodulcium inſpiſſati Unc. dimid. Confect. Alkermes dr. j. Solut: Margaritarum drachm. dimid. Syrupi de Canella Unc. j. Extr. Epatis Vitulini drach. ij: Cum Syrupo de ſucco Granatorum cogantur univerſa in compagem Electuarii.

Partes denique, ventriculo ſubſtratæ, & fomentis, & Emplaſtris, nulla tamen vi adſtringente præditis, ſunt munienda, fovendæq;. Fomenta congregantur ex Solato, Betonica, Agrimonia, Agerato, Cichorio, Chamæmelo Italico, floribus verbaſci, Mililoti, liliorum alborum, Roſarum Damaſcenarum, & his affinibus, in aquis Cichorii, & Abſynthii, cum modico aceti, vel vini communis, excoquendis, & cum ſpongiâ, vel in modum ducia, tepidè admovendis.

Em-

Emplastr.

Emplastrum sic conflatur:

℞. Pulpæ Dactylorum pinguium, per setaceum transmissæ, sesquiunciam: Pulv. Mastiches, drach. j. cum dimid. Flor. chamæmeli, Meliloti ana Unc. dimid. Summit. Absynthii aromat. dr. iiij: Nardi Celt. drach. dimid. Croci scrup. j. Resinæ ac ceræ q. suff. & fiat cum Oleo liliorum alborum, & Amygdalarum dulcium Emplastrum tenacissimum.

DE ABSCESSIBUS, AC SUPPURATIONE MESENTERII.

Evenit quandoque, ut Mesenterii Inflammatio in abscessum vergat, aut ex humoribus acervatim à Naturâ inibi depositis, coërcitisq; vel tumores, aut lapides, seu tophi, confertim exurgant. Licet autem Mesenterii viscus integrum inflammatione simul obsideri, & suppuratione resolvi posse, citra subjecti destructionem, rationi minus sit consonum: (Malo namq; eò vehementiæ promoto subest metus, ne vel ab eruptione puris, aut

Mesenterium totum, salvo subjecto, inflammari, aut suppurari vix potest.

vitiosis ejusdem exhalationibus, præter antea labefactatam Chyli elaborationem, Jecoris substantia corrumpatur, vel erodatur: quæ reparari ullis ingeniis cum nequeat, vitiari hæmatosin, ac nutritionem totius, unà cum viscerum omnium facultatibus, everti, habitum universi planè resiccari, & marasmo consumi, ac tandem ex corrupto sanguine, ac facultate Epatis resolutâ, substantiam visceris putridam, saniosam, cruentam, vel nigram dejici, opus est:) Quia tamen non rarò monstra quædam in morbis & curationibus, ex Averrois testimonio, observare licet: Idcircò admirationem hic suspendere non alienum abs re fuerit.

Monstra in morbis & curationibus.

Summâ autem cum ratione Hippocrates in Coacis prædictionibus triplicem ventris notavit regionem, exindeq; totidem tumorum ac Apostematum discrimina, tactus ministerio, elicit. Conjecturæ enim, teste Mercato libro de morb. intern. curat. 4. cap. 2. haud fallaces de salute & interitu, & num ad suppurationem perventura

Triplex tumorum & apostematum in Mesenterio classes.

 sit affectio ista inflammatoria, vel in abscessum migratura, capi possunt.

Primam regionem utroq; hypochondrio, supra umbilicum in latera diducto, definivit: Alteram inferiori subter Umbilicum sede, hypogastrii nomine complexus est: Tertium denique in medio circa umbilicum, ventre, notavit.

Singulis autem in locis, tumorum omnium oboriri posse genera docet, qui tactus ministerio ubi dispescuntur, triplici continentur serie, ceu Durus dolens, Durus indolens, & mollis indolens. Ex dictis locorum, ac tumorum differentiis suppurationem concipere possunt Durus indolens, & mollis indolens: & hoc ipsum quoq; vel citius, modò tardius, frequentius aut rarius, quò hypochondriis, aut umbilico, Viciniores sunt. Idq; ob caloris interni remissionem, vel intensionem, eò quod tumores universi quò longius ad inferas recedunt partes, tantò serius, mitiusq; suppurantur.

Quò fit, ut qui sub umbilico exoriuntur, suppurationi rarò sint obnoxii: Ideoq; non injuria Hippocrates 5. Epidem: part. 2. umbilicum harum suppurationum terminum constituit.

Tumores sub umbilico exorti suppurationi rarò sunt obnoxii.

Tumorum istorum varias observare licuit differentias. Mesenterium enim quandoq;, citrà omnem διάθεσιν ὑδερικὴν, fluctuationem, ac doloris sensum, ex variorum humorum colluvie prodigiose turgens, in tam vastam exurgit molem, ut, præ tumoris pondere, suis veluti radicibus, ac sedibus avulsum, fluctuet, ac totam abdominis cavitatem occupet.

Tumorum in Mesenterio differentiæ.

Fernelio in consilio 67: & Paræo lib. 23. cap. 36. ingens contactu duricies, à Ventriculi fundo, in utrumque hypochondrium diffusa, oblata est.

Quamvis id vitii nonnunquam ab omento, in glandulosam, adiposam, ac Scirrhosam molem haud vulgariter excrescente, etiam proficisci potest: qualem Horstius membranosam, interius concavam, sanie sordidâ refertam, ac Ventriculo adnatam, pondere

dere librarum LVI. citra aliorum viscerum corruptelam, in muliere quadam vidit: recensente Gulielmo Fabr. Hildano Centuria, 3. obs. chirurg. 62.

Eidem Fernelio lib. 2. patholog. c. 7. usque adeò durus tumor est deprehensus, ut penitioribus subter umbilicum partibus vel os, aut calculus concrevisse putaretur.

Lacunæ, Hollerio, Cornelio Gemmæ, & aliis, lapides intra Mesenterium geniti, sæpissime reperti sunt.

Coiterus, insignis Noribergensium Medicus, non solum totum Mesenterium ex multis, iisq; satis magnis, scirrhis conflatum, sed & pancreas, & omentum contractum, crassum, ac ligno durius, invenit.

Heurnio autem totum Mesenterium in saxum commutatum oblatum est com. 6. aphorism. Hipp. 7.

Nonnunquam infiniti abscessus, tumores, ac steatomata, multorum annorum decursu, sine sensu ac dolore, proprio folliculo, inclusi, ac gypseam, glutinosam, aut liquidam materiam continentes, aliasq; formarum facies

penè

benè innumeras habentes, præcipuè circa vasa, quæ ad portæ Venam protenduntur, sunt conspecti: testibus Paræo l. cit. Johanne Philippo ab Ingrassia tract. 1. cap. 1. de tumoribus præt: naturam: & Gulielmo Fabricio Hild. obs. Chirurg. Cent. 1. curat. 70. 71. & 89.

Frequentius autem ulcera sordida, multorum malorum fomites, aut collectio materiæ purulentæ ac fœtidæ, intra binas Mesenterii tunicas, majorem ventris inferioris partem occupantes, Eparq; suâ putredine inficientes, visuntur.

Quæ tamen signorum adminiculo à Renum suppuratione diligenter internoscenda sunt: eò quod Renum substantiâ putredine consumtâ, eximiam puris copiam inter peritonæi membranas subinde fluctuare, illaq; totam ventris, lumborumq;, regionem distendi, quandoque etiam tum dejectione, tum vomitu, sinceram reddi usus docuit, referente id Fernelio lib. 6. pathognom. cap. 12. Ulcera Mesenterii à renum suppuratione qua ratione internoscenda.

Ex veteribus soli Hippocrati tumores isti, & ulcera, ut & alii morbi non pauci, iiq; gravissimi, & in scholis Medicorum indicti, innotuère, ceu videre licet variis in locis, cumprimis verò 2 Epid. sect. 2: 6. Epidem. in principio: 7. Epidem: part. 28. 6. aphor. 7. libro de morbis folio 226. & in Coacis prædict.

Verruca stomachi Avenzoaris.

Avenzoar, inter Mauritanos haud ignobilis autor, ob morbum istum infeliciter curatum, in vincula sese conjectum scribit, quem Verrucam Stomachi perperam censuit libro 1. Theisir tract 15. cap. 3. referente Brunone Seidelio libro de morbis incurabilibus fol. 106.

Abscessus & Ulcera Mesenterii duplicis generis.

Abscessuum nonnulli vel indurantur, materiâ in iisdem siccescente, vel suppurantur.

Signa induratorum, & adhuc delitescentium, ob sensum Mesenterii inertem ac hebetem, planè obscura esse usus notavit: quæ tamen ruptis iisdem evidentissimè sese produnt, sed aliis membris à majori medentium turbâ, inerti ausu hucusq; sunt attributa.

Non-

Nonnunquam tamen tumores isti Mesaræi mole suâ ac duricie intestinum rectum incubatu suo tantoperè constringunt, ut, nisi devorato solvente medicamento, omnem egerendi facultatem laborantibus adimant, cujus sanè eventus, unà cum Fernelio, & Paræo, nec non Cæsalpino, αὐτόπτης fuit Guilh. Fabr. Hild. l. 1. obs. chir. 51.

Tumores Mesenterii quandoq; alvî & urinæ dejectionem remorantur.

Quin & non alvi solum dejectionem remorantur, sed & Paræo l. c. asserente, Urinæ exitum, compresso vesicæ orificio, præcludunt, vel tardius eandem descendere patiuntur, respiratione simul, ob Diaphragmatis compressionem inductâ difficiliori, docentibus id Fernelio lib. patholog. in fine cap. 7. & Paræo lib. 23. cap. 36.

In excludendâ autem hac congerie miranda Naturæ molimina advertere licet: Quandoque enim morbus hic sponte exolvitur, erumpente ad alvum hac saburrâ, recludente sibi Naturâ cæca ac delitescentia spiracula, & absconditas ad hanc excretionem vias. Non rarò etiam tumoris rudimenta, semel discussa, posthac,

Prodigiosa Naturæ molimina in excludendâ Mesenterii congerie.

 quasi

quasi facto circuitu, revertuntur, Fernelio in consilio 68. autore.

Simul ac verò alicujus abscessus ruptio contigerit, tunc pro naturâ inflammationis, & humoris heterogenei, nec non loci affecti conditione, & viscerum vicinorum, quæ putridis vaporibus aut fatigantur, aut planè inficiuntur, diversitate, ac nobilitate varia oboriuntur symptomata, ac mirifici Naturæ in ejiciendo conatus advertuntur. Hinc modò pus sincerum & albicans, magnâ copiâ, nulloq; doloris sensu, per venam proximam, in recti aut coli intestini cavitatem defluens, profunditur: modo inflammatione ad intestina postrema vergente fecibus alvi permixtum redditur: aut quod à nobis semel atq; iterum est visum, factis cuniculis magnâ vi per umbilicum sanie copiosa erumpit: qualem etiam eventum in filiola sua animadvertit Guil. Fabr. Hildan. Cent. 2. obs. 58. aut per Renes, naturæ ductu, excluditur: idq; Schenckio observante lib. 3. obs. 290.

Qui

Quin & Dodonæo innotuit, inflammatione semel in abscessum desinente, quosdam purulenta, admodum fætida, sincera, nullisq; sordibus alvi polluta, singulis diebus bis terve, per inferiora, ultra quadriennium, medico salutis dispendio, ejecisse: in annotationibus ad caput 33. Benivenii de Abditis.

Majori tamen ex parte materia, tribus supra Umbilicum digitis, loco fundo ventriculi vicino, & juxta Epatis regionem, collecta, putrescensq;, varias & dissensionum, & dolorum, species excitat: quæ post diversos, & chronicos sibi invicem succedentes, morbos, inter peritonæum & abdominis musculos copiose profusa, vel in cavitatem ventris, rupto peritonæo defluit, aut per abscessum exterius erumpit: Id quod etiam nobis mensibus abhinc non multis in fœmina quadam nobili, annorum 49. videre contigit, cui per abscessum, sponte apertum, paucarum horarum intervallo, libræ puris albi, ac fætidissimi, quinq; citra tamen omne salutis dispendium, profluxere. Franciscus Roussetus de partu Cæsareo sect. 3 cap. 21.

Abscessus ruptionem inventia symptomata.

In non paucis abscessus isti multorum gravißimorum symptomatum, & ipsius denique mortis, causa fuêre. Observatum namque, ex hoc fonte febres acutas, haud tamen uniformes, cum vomitu & nauseâ, nec non hypochondrii utriusque tumore Holler. in observ. ad consilia curandi fol. 678. alvi cruentas dejectiones, ita ut sanguinem copiosum, nigerrimum, sæpius tamen corruptum, fœtidißimum, multarum librarum pondere, excreverint: vel materiam multam, nigram, fœtentemq́ᵹ, Encausto sutorio non absimilem, excluserint: Benevenius: Lipopsiichias: Vigilias perpetuas, ob tetros malignosque vapores, cor ac cerebrum indidem ferientes: sudores faciei frigidos: Virium debilitatem insignem, cum siti clamosâ, linguæ ariditate, tristi ventriculi sensatione, & alvi torminibus fortißimis, promanasse: adseverantibus idipsum Marcello Donato l. 4. cap. 7. historiæ med. mirab. & Benivenio de abditis cap. 33.

Ex jam relatis operis erit exigui cognoſcere, quâ viâ inflammationes, tumores, & abceſſus iſtos à vicinarum partium affectibus dignoſcere liceat. Signa diſtinctiva.

Jecoris namq; inflammatio comites individuos habet febrem acutam, ſingultum, deliria, hypochondrii dextri gravitatem, dolorem acutum, hypochondrium totum retrahentem, ſeſeq; ad jugulum extendentem, tuſsim ſiccam, ingens cibi faſtidium, linguæ colorem primò rubentem, mox nigricantem, ſitim inexhauſtam, bilis ſinceræ, vitellinæ, aut æruginoſæ, vomitum, alvi adſtrictionem, tumorem in modum viſceris rotundum, ac decubitum in latere affecto moleſtum. Inflammati jecoris judicia.

Muſculorum autem in abdomine inflammatio, ac dolores ſecundum eorum ductum, figuram, ac poſitum, protenduntur: plerumq; tamen ſunt oblongi, ac per totum ventrem extendi videntur, cutis externa condenſatur, dolor vehementiſsimê urget, adeſt deniq; vomitus, nauſea, ac ſitis intenſa. Muſculorum abdominis inflammatorum notæ.

Diaphragmatis tumores quibus innotescant characteribus.

Prædictos æmulantur & Diaphragmatis tumores, paucis etiam ante hac cogniti. Sive enim ex crudis & frigidis, iisdemq; vel craßis, ac tenuioribus exoriantur humoribus Diaphragmatis tumores, vel abscessus: aut ex calidis & putrescentibus, vel sanguine fervidiori proficiscantur: Utique semper respirandi difficultatem insignem, cum tensione præcordiorum subvacuâ, pulsu duro, ac parvo, citra tamen omnem tumoris in hypochondriis sentationem, secum trahunt. Quanquam etiam in causâ calidâ febres acutæ, dolor intensus, deliria, præcordiorum palpitationes ac saltus, nec non convulsorii motus, insequantur, de quibus eruditißimè Petrus Salius Diversus libro de affectibus particularibus cap. 8. disserit.

Mesenterium inflammatum quæ significet.

At Mesenterii inflammatio dolorem effatu dignum non concitat, ac, nisi vehementius comprimatur, solo gravitatis sensu molesta est, febris deniq; lenta, ac symptomatum omnium graviorum exors, affligit. Rupto dein abscessu, pus vel sincerum, aut fecibus per-

permixtum, citra dolorem tamen enormem, excluditur. Id quod in Intestinorum, Ventriculi, Jecoris, aut Lienis, inflammatione (in quibus universis dolor vehementius affligit, symptomata gravißimè urgent, neq; tàm sincera sanies deorsum, ob longiorem vitæ tractum, prodire consuevit) fieri haudquaquam posse vero non est absimile.

Tactus præterea judicio facilè admodum licet internoscere, utrum Mesaræum ex toto, vel ex parte, intumuerit.

In singulis tamen casibus nulla vel hydropis suspicio, aut fluctuatio est pertimescenda.

Sanies deniq; Mesenterii discernitur ab illâ, quæ ab Epate defluit, eò quod hanc ad rubedinem vergere, sanguinemq; corruptum indidem admixtum habere, constat: Illam autem ad albedinem, vel citrinum inclinare colorem, sensus arguat. Avicen. lib. 3. fen. 14. tract. 3. cap. 11.

Sanies à Mesenterio defluens ut ab Epatis sanie distinguenda.

Quibus ita se habentibus, ac sensus judicio respondentibus, ejusmodi licet extruere prognostica.

Prognostica.

1. Corpora venas strictas habentia ceu sunt craßiora pinguedine accidentali, obstructionibus viscerum, & hujusmodi abscesßibus sunt exposita, atq; majori ex parte Cachexiam incurrunt.

2. Inflammatio pervicacior, ac diutius fatigans, subinde in scirrhum degenerat, ac febris, quæ ex continuarum numero prius erat, articulo in lentam commigrat.

3. Mesenterii suppuratio, vel abscessus, ejus sunt indolis, ut historiam tardißimè absolvant suam, neq; ægrotos præcipitent.

4. Diuturno hoc malo correptis, corporum habitus omnino resiccatur, & contabescit, vel ad Cachexiam deducitur.

5. Non rarò visa est unâ cum vermibus, per intestina explosis, magna aquæ & saniei copia per umbilicum profluxisse. Sebastianus Austrius libro de morb. Infantum cap. 42: Quin & vermes, per umbilicum erumpentes, & ex Mesenterii putrefactione genitos, testatur Forestus lib. 7. observ. 35.

6. Mol-

6. *Molles in hypochondriis tumores, doloris expertes, & qui digitis cedunt, diuturnas faciunt judicationes, & ad ſuppurationem inclinant. Hippocrat. lib. 1. prænotionum, part. 6. fol. 619. Qui verò ſub umbilico ſunt, minimè omnium purulentiam ſuſtinent. Idem.*

7. *Quibus dolores partium circa umbilicum ſunt moleſti, hi ſanguine per alvum egeſto ſervantur: non autem excluſo, moriuntur. Hippocrat. in Coacis prænot. fol. 662.*

8. *Cum hydropici omnes ex Rondoletii teſtimonio 2. parte methodi 57. Pancreas & glandulas Meſenterii induratas habeant: Idcirco malorum horum omnium colophon Aqua Intereus, ac Tabes, à Galeno 2. progn. 2: Mercato de morb. intern. curat. lib. 4. cap. 2. fol. 336: & Schenckio lib. 3. obſervat. 294. ſtatuuntur.*

9. *Eructante aliò, quàm in alvum, ruptâ vomicâ, pure, neq; meatum aliquem excretioni idoneum reperiente, hypochondriacus, aut colicæ ſimilis, affectus non rarò oboritur.*

Six

Sin verò in abdominis capacitatem, seu intermedium membranarum Mesenterii ſpacium, eruperit, tunc fomitem putredinis extemplo concipit, membra vicina virore inficit, vel acredine erodit, nihil non corruptelâ ſuâ polluit, & malorum graviſsimorum, cumprimis verò Sphaceli, autor est. Jacotius commentario ad aphor. 9. Hippoc. lib. 3. Dodonæus obſervatione 27.

10. Somnum quandoque difficulter ægroti ferunt, aut, ſi irrepſerit, animi exolutionem, ac ſudores frigidos, incurrunt: quin potius vigiliis perpetuis non pauci extinguuntur, Schenckius lib. 3. obſ. 291.

Curandi intentiones quatuor.

Ratione verò præſidiorum etiam quadruplex in hoc affectu ſanando exurgit indicatio: Prima namq; emollientibus, & moderatè diſcutientibus reſiduum inflammationis mitigat: Altera deterſionem variis ingeniis molitur: Tertia conſolidationi ulcerum incumbit, idq; non tam medicamentis, Emplaſticâ & balſamicâ facultate pollentibus, quàm generoſis qui-

buſdam,

busdam, à proprietate agentibus, & putredinis focum exhaurientibus: Ultima viribus consulit, & symptomatibus occurrit.

In horum omnium administratione sequentes observasse canones, summè proderit. Canones.

1. Alvus aßiduò fluida servanda, ut humores ad resolutionem sint paratiores. Avicen. lib. 3. fen. 14. tract. 3. cap. 12. B. H. non tamen, propter virtutem, nimis laxa retinenda: Imò, ut Avicenna l. c. inquit, solvatur constricta cum æqualitate, & constringantur soluta cum æqualitate.

2. Medicamentis, & alimentis frigidis, ac præter modum adstrictoriis, uti non convenit: eò quod ad partis indurationem multum conferre poßint. Avic. ib.

3. Resolventibus materias in exordio morbi festinandum, ne materiæ collectæ lapidescant. Cavendum tamen, ne nimis resolvendo mors acceleretur.

4. Resolventia medicamenta levem simul vim aromaticam, nec non

adstrin-

adstringendi, & confortandi, facultatem poßidere debent. Galenus 13. meth.14. & Avic. in calce fol.315.

5. Resolventibus, & abstergentibus nunquam addantur mordicantia & vehementer agitantia. Avic. l.c.

6. Dulcia universa, ob materiam obstructionum, & bilis proventum, sunt vitanda. Idem. ib.

7. Evocandum semper è locis propinquioribus. Idem.

8. Factâ puris collectione, quam ex febris remißione æstimare licet, res & neceßitas suadent, ut de suppuratione consilium capiatur. Quem in usum incidentia & attenuantia conferre solent. Apprimè enim humores craßi, à viscere attracti, & imbibiti, id exigere videntur. Avic.l.c.H.

9. Ante eruptionem abscessus, & flatibus impensius non urgentibus, Manna, Caßia, Decoctum Seminum & Radicum Eupatorii, quandoq; etiam Aloe, & Absynthium, propinari possunt: Sensim tamen virtus eorundem intendenda est.

10 Cum

10. Cum saltus, casus, & percussio plerumq; inter causas abscessuum potiores sibi vendicent partes: Ideò Rubiæ radix, & Rhabarbarum in hisce casibus reliquis semper adjungantur. Avicen. ib.

11. Materiâ renes versus propeante, eosdem cum vesicâ ab erosione diligenter munire decet. Avic.

12. Ad consolidationem abscessuum, virtute adhuc constante, adjumenti plurimum conferre potest ventris solutio, blandissimè indidem perfecta, tum ut natura onere suo rectius sublevetur, tùm ut maturatio citius promoveatur. Idem.

1. Intentio.

Primæ Intentionis subsidia duplici comprehenduntur serie: Una morem vivendi legitimum exhibet: Altera varia emollientium, mitigantium, ac moderatè discutientium, remedia proponit.

Cibus sit εὔχυμος, & concoctu non difficilis, in qualitatibus omnibus moderatus, non multum à priori recedens, & ab omnibus crassis, viscidis, acidis, Victus ratio.

acidis, ac dulcibus, alienus, nihilque præter cappares, & pistacia, inter bellaria & fructus agnoscens.

Vinum.

In potus electione vini, nisi plane tenuis & odori, & aquâ purâ simplici coctâ, vel stillatâ, probè diluti, modica habenda est ratio, sed hujus vicariam cerevisiam amplecti licet: eamq; tamen à fecibus repurgatam, & cum radicibus Garyophyllatæ, aut Chinæ, aliquantisper maceratam.

Cerevisia.

Aqua hordei.

Neq; absurdum esset aquam hordei cum Radicibus Glycyrrhizæ, Schorzoneræ, Cinamomo, ficubus, passulis, floribus Violarum, Buglossi, & id genus, diligenter excoctam usurpasse.

Elegantis etiam usus est hoc decoctum, Clareti in modum formatum.

Claretum.

℞. Uvarum Damascenarum exacinat. Uncias ij. cum dimidia: Caricas pingues num. VII. Sem. fœniculi dr. iij. Melonum dr. VI. Coriandrorum præparat. Unc. dimid. Florum Violarum man. j. Rad. Glycyrrhizæ, Garyophyllatæ ana unc. j. Cinamomi sesquiunciam: Sandali albi dr. ij. Obiter comminuta cum Aquæ pu-

[aqu]æ fontanæ partibus tribus, & vini [a]lbi parte unâ, vitro probè sigillato, in balneo maris, horis quinq; ebulliant, factaq; liquoris à fecibus separatione, transcolentur per manicam ad usum.

Hoc viribus longè præstantius erit Decoctum radicis Chinæ, cum Glycyrrhizâ, Passulis, Seminibus Melonum, ac Cinamomo adornatum, & aliquandiu loco potus ordinarii usurpatum. Rad. Chinæ decoctum.

Hippocrati & Avicennæ in casibus haud longè deviantibus non displicere videtur Lac asininum, eò quod alvum moderatè solvat, viscerum atoniam emendet, humidoq; eorum nativo fomentum subministret. Lac asininum.

Neq; absonum fuerit, in isto jam ebulliente silices marinos candentes leviter extinxisse, & Sachari momentum addidisse: Vel eidem folia Alchimillæ, Scabiosæ, Persicariæ, & Absynthii pontici comam incoxisse: aut succum earundem depuratum cum lacte decocto, vel Essentias inde concinnatas, usurpasse.

Acidulæ resiciuntur.

Acidulas autem, aliasq; virtute metallicâ imbutas, Aquas, hîc exulare jubet ratio. Licet enim visceribus, nutritioni dicatis, cumprimis Lieni & Ventriculo, moderato suo calore, quo craßiciem humorum attenuant, lentorem eorundem incidunt, & acrimoniam obtundunt, emolumenti plurimum conferant: Quia tamen facultate suâ penetrandi, & extersoria, nec non dote peculiari, ex Chalcanti, ferri, salis, aliisq; mineris contractâ, quævis in visceribus internis ulcera erodunt, temperiem ipsorum pessundant, longamq; malorum telam ægrotis, certißimo cum periculo, nectunt Eapropter, ob ejusmodi scelera, ut Plin. lib. nat. hist. 25. c. 3. loquitur: quæ, rationem confirmante experientiâ, ipsis, alioqui saluberrimis, insunt; repudiari, & ad meliores reservari usus poterunt.

Decocta.

Ex classe emollientium, mitigantium, ac digerentium, Decoctionibus primæ debentur partes: Cujus censura est, quæ

℞. Rad. Taraxici, Glycyrrhizæ, Buglossi ana dr. vj, Chinæ non ca-

riosæ

iosæ, Schorzoneræ ana sesquiun-
ciam: Bistortæ, Cyperi rotundi,
Consolidæ utriusq; ana unc. dimid.
Fol. Agrimoniæ, Absynthij Pontici,
Persicariæ: Polij mont. ana man. j:
Hysopi, Capillor. ven. Hæderæ ter-
restris, Flor. Chamomillæ Ital. Ver-
basci ana man. dimid. Buglossi utr.
Violarũ ana pug. j ſ. Veronicæ pug.
j. ſ. Passularum unc. ij. Sem. Melonũ,
Cucurbitæ ana dr. v: Cardui bened.
Cuscutæ, Fæniculi ana sesquidrach.
Rudiusculè comminuta maceren-
tur per biduum, aut amplius, in Aqu.
Veronicæ, Scabiosæ, Persicariæ, &
Succi pomorum redolentium par-
tibus æquis, in vase circulatorio, ad
calorem balnei maris vaporosum:
Deinde colatura expressa modico
Cinamomi, ac ligni Rhodij condi-
ta, per manicam trajiciatur: de quâ
horis antelucanis, & ante pastum
vespertinum unciæ 4. capessentur.

*Infundi prædictæ species, & coctio-
ni quandoq; adaptari possunt cum sero
caprillo, ad unguem depurato, vel, ju-
re gallorum veteranorum.*

Neq; à scopo alienum fuerit, quarto quoq; die, eidem aliquid Syrupi de Pomis cum Helleboro, vel Extracti foliorum Senæ cum Manna, vel Soluti aut Magisterii Tartari, vel Syrupi Rosati solutivi, aut Essentiæ Hellebori nigri, addidisse.

Mesenterii morbi cur vehementer exolventibus non gaudeant.

Vehementer enim agitantibus hi morbi non gaudent, idq; cùm jure societatis, ac vicinitatis cum Corde, Liene, & Ventriculo, tum officiorum, vitiorumq; communicatione, quâ promptissimè invicem afficiuntur.

Vel:

℞. Florum recentium Fumariæ, Cardui benedicti, Agrimoniæ, Cichorii, Hæderæ terrestris, Betonicæ, Chamæmeli Ital. Flor. Rosarum Damascen. ana man. iij: Marrubii albi, hysopi, ana man. j. Quibus comminutis addantur, Aquarum Absynthii, Fumariæ, & Persicariæ ana q. s. Oxymel. simplicis unc. vi fiatq; omnium in matracio Vitreo capaci per triduum digestio, donec puri ab impuro perfecta fuerit facta segregatio. Hujus Succi cochleari: duo,

duo, vel in aquâ ſtillatitiâ, aut lacte excocto, vel quod rectius, cum brodii Caponis, aut gallinæ hauſtulo offerri poſſunt.

2. Intentio.

Quæ ſecundæ Intentioni inſerviunt remediâ, iiſdem penè formulis comprehendi poſſunt.

Inſignem autem præ cæteris efficaciam Lud. Mercatus lib. 4. de intern. morb. curat. cap. 2. huic Syrupo tribuit:

℞. Aquarum lupulorum, Graminis, Agrimoniæ ana lib. j: Aceti Rosacei parum: Cort. rad. Capparum unc. dimid. Paſſularum ſine arillis unc. j: Spicæ utriuſq; ana dr. j: Squinanthi ſeſquidrachmam: Fol: Polij mont. Capillor. ven. ana pug. iſ. Rad. Schorzoneræ, Glycyrrhizæ ana dr. j: Polypodii querc. Aſparagi, ana dr. iij: Chalybis limati lib. ſ. Macerentur in vaſe vitreo per biduum in balneo maris: Colaturæ expreſſæ adde Rhabarbari opt. drach. iij: ligni Rhodii dr: iſ: Folior: ſenæ unc: iij: Sem: Fœniculi dr: j: Factaq; per noctem infuſione jus colatum cum Sa- Syrupus Mercati ex chalybe.

charo

charo ad Syrupi consistentiam ebulliat, de quo horis matutinis Unciæ duæ, vel tres, exhibeantur, moderatũ magnâ ex parte exercitium deambulandi post usum suscipiẽdo.

In forma solidiori hac norma præscribi poterit:

Electuariũ de Chalybe.

℞. Extracti Jecoris Lupini dr.iij; vel ejusdem saltem præparati unc. dimid. Carnium passularum, aquâ graminis liquatarum, & per Setaceum transmissarum dr.vj: Pul: Spicæ utr: Squinanthi ana scr: j: Rad: Rubiæ, Rumicis ana dr: j: Chalybis in aceto montano soluti, levigati, & aquâ Agrimoniæ indidem loti, sesquiunciam, Spec. Elect. de gemmis scr: ij: Tartari vitriolati, Soluti Cornu Cervini ana drac: ij: Extr: folior: Scabiosæ, Rad: Chinæ ana drach: iss Cum Syrupo acetoso, Diarhodon. ac de succo Veronicæ, cogantur omnia in Electuarij compagem.

Antidotus alia ex chalybe.

Plurimi usus est & hæc Antidotus, quæ

℞. Conservæ Flor: Eupatorij, seu Agerati unc: j: cum dimidia: Car-

nium

nium nucis Indicæ condit: unc: dimid: Extr: Rad: Chinæ dr: ij, Extract: Chelidonij dr: iij: Arcani Tartari dr: ijß: Ol: Sulphuris in crocum conversi dr: j: Pul: Troch: Diarhodon. ſcr: ij: de Rhabarb: de Eupatorio ana dr: iß: Magiſterij Corallorum ſcr: iiij: Limaturæ chalybis aceto montano præp: ac levigatæ unc: dimidiam, Syrupi de Corallis q: ſuff: pro formandâ Antidoto.

Quantitas horum ſubſidiorum conditioni affectus reſpondere debet: In ſingulis tamen ad Epar roborandum, ac facultatem naturalem conſervandam, mentem oculosq; intentos habere, rerum omnium primum erit: eò quod ſic affecti ad Tabem, Hydropem, Cachexiam, Icterum, aut fluxus Epaticos facili negocio præcipitari poſſunt.

Quantitas medicamentorum unde petenda.

3. Intentio.

Deterſis maximâ ex parte ulceribus, affluxuq; repreſſo, conſolidationi, quoad ejus fieri poteſt, invigilandum.

Quæ huic intentioni commodare possunt remedia, vel Emplasticam vim habent, & Balsamicam, aut exiccatoriam.

Balsamica.
Terebinthinæ Cypriæ utilitas.

Inter Balsamica principatum obtinet Terebinthina Cypria, quovis modo præparata. Est enim ex Galeni 3 de comp. med. pergenera, 5. de sanitate tuendâ, & 8. de simpl. med. facult. testimonio, in multiplices usus conveniens remedium, & stomachi, ventris, jecorisq; imbecillitatibus, nec non pulmoni, ac Renibus, atq; ad phlegmonas, maxime idoneum.

Usurpatur, prius diligenter elota, vel in bolo per se, aut cum modico Rhabarbari, vel extracto quopiam: aut cum vitello ovi, ac liquoribus idoneis soluta: vel in aquis stillatitiis excocta. Inq; globulos formata: aut in pollinem subtilissimum deducta: cumprimis verò, quando peccans materia in lumbis, ac circa renes, delitescit, doloresq; exuscitat. Iis tamen, qui ad Epilepticas, vel alias cerebri affectiones graviores sunt proclives, non satis tutò adhibetur.

Exic-

Exiccantia, & putredinem coërcendi facultate prædita, ex istorum subsidiorum sunt albo, quæ peculiari ore afflictis succurrunt visceribus, & omni vitiosæ qualitatis appulsu eadem præmuniunt. Exiccantia & putredinem reprimentia.

Diversimodè, & pro utentium pacto hæc administrantur.

Propotismatis ritu hunc in modum surpantur:

℞. Rad: Sarzaparillæ unc: ij: Schoroneræ sesquiunciam: Fragariæ, onsolidæ utriusq;, Glycyrrhizæ aa dr: vi: Rasuræ ligni sancti unc: iij: Flor: Buglossi, Violarum, Veronicæ na man. j: Sem: Melonum unc: ß: cariolæ, Coriandror: præp: ana dr: , Passularum unc: iiij, Ligni Rhodij unc: j, Fiat omnium in vase vireo ad ignem balnei maris lucuentum, per horas 24, decoctio: De colaturâ offerantur unciæ iiij, aut mplius, pro affectus, & symptomaum, conditione. Ligni sancti decoctum.

Ad labefactatam Epatis facultatem reparandam, ingruentis Cachexiæ, vel hydropis periculum præca-

vendum, & intemperiem viſcerum calidiorem mitigandam.

Decoctum Chinæ.

℞. Rad. Chinæ unc. iij. Caryophyllatæ unc. j, Schorzoneræ unc. j. cum dimid. Buglosſi dr. vi, Sarzæparillæ, Paſſularum Corinthiacarum ana unc. ij. Fol. Scabioſæ, Alchimillæ, Hæderæ terreſtris, Flor. Tunicæ, Violarum, ana man. j: Sem. Melonum dr. v: Cucumeris dr. iij, Quatuor frigidor. minorũ ana ſeſquidr. Fœniculi dr. j, Ligni Rhodi drach. vi: Confracta in ollâ vitreatâ recenti, operculo ſuo clauſa, per horas aliquot, cum brodio pulli inſulſo, vel Sero lactis optimè purgato, vel aquâ extinctionis Chalybis, ebulliant, poſtea per manicam trajiciantur.

In horum remediorum uſu alvus ſuppreſſa quarto quoq; die Clyſmate emolliente ſolvatur, & quavis hebdomadâ purgante quodam ſpecifico corpus expietur, dimiſſo interim purgationis die decocto præſcripto.

Præſtat & hoc deſtillatum adhibere:

℞. Fo-

℞. Folior. Perſicariæ, Alchimillæ, Centinodij, Veronicæ, Scabioſæ, Bugloſſi ana man.ij: Rad. Sarzæparillæ lib. dimidiam, Chinæ, Acetoſæ, vel Schorzoneræ ana unc. j, Pimpinellæ, Fragariæ ana dr.vi: Raſuræ ligni ſancti uncias iiij: Sem. Melonum, Citrulli ana drachm. v, Card. bened. unc. ſ. Fœniculi, Coriandr. præp. ana dr. ij. Flor. Verbaſci, Chamæmeli Italici, Salviæ, Bugloſſi ana man. ſ: Roſmarini pug.j: Paſſularum unc. v. Comminuta cum brodii Caponis partibus tribus, & Aquæ Cardui Mariæ, Chamæmelli Italici, Veronicæ, & Vini albi opt. ana parte unâ, macerentur ad lentum ignem, aut in ventre præliantis, per octiduum, poſtmodum in alembico vitreo deſtillentur. Doſis ſint Unciæ duæ cum dimidiâ. In uſu addere licet Syrupi de Margaritis, vel de ſucco Veronicæ, Granatorum, Canellæ, vel Tincturæ Roſaceæ, momentum.

Deſtillatum.

Eximiæ bonitatis eſt & hoc Electuarium, quod

Electuari.

℞. Con-

℞. Conservæ Flor: Veronicæ altilis, Rosarum Damascen: ana sesquiunciam, Pulpæ passularum Corinthiacarum, per setaceum trajectæ unc: ij, Dactylorum pinguium itidem extrictæ drach: vi. Mellaginis Juniperinæ dr: ij: Lucidi cydoniorum dr: x: Pul:rad:chinæ unc:j: Ligni aloes, Rhodij ana drach: iſ: Soluti Margaritarum drach:j: Carnium Citri cond. & minutim incisarum unc:j: Syrupi de Canella dr: x, de Succo Granatorum q.suff.pro congregando Electuario.

Vina medicata.

Addi præmissis etiam poterit vinum Guaiacinum, modicè in pastu sumtum, aut Juniperinum, vel Passulatum, aut ex Hæderâ terrestri compositum: idq; pro caloris remissione, Ventriculi robore, & affectus conditione.

4. Intentio.

Cum denique virium in hoc morbo diuturnitatem magna sit egestas, & quod discusso sanatoq; abscessu in Mesenterio rudimenta novi mali perfacilè coacervari queant, ut est Dodonæi in

in annotat. ad cap. 33. Benivenij de Abditis sententia, & calor in Epate, ac ventriculo, congenitus in præsenti versetur discrimine: Ea propter viribus summo conamine prospiciendum, & omnia, quæ memoriam pristini vitii refricare poßint, è medio tollenda. Vires reparantia subsidia.

Hunc in usum conferunt Syrupus de Margaritis, & Corallis, Quercetani, ad instaurationem omnium facultatum, & singulorum affectuum, ab Epatis imbecillitate scaturientium emendationem summæ utiles: frequens assumtio Croci Sulphuris cum conservâ idonea, aut liquore: Aqua ex Corde Cervi, vel Epate lupi, destillata: Essentia sanguinis humani: Destillatum Roris cœlestis: Syrupus ex succis cordialibus Hollerii: Tinctura florum Garyophyllorum, Buglosi, aut Rosarum Damascenarum: Diapassulatum Cordiale Fiorau. Balsamum Peruvianum Clusij, idoneo liquore haustum: Aqua divina Euonymi: Solutum Auri: Essentia quinta mellis, & melissæ: Conserva florum & carnium mali Citrii: Vinum infusionis

radi-

radicum Cyperi, vel harum essentia: Electuar. ex Consolidâ Fiorau. Liquor Melissæ, & Salviæ: Essentia Persicariæ cum oleo Chalcantino: &, quæ summam sanitati præfigit normam, inculpata victus ratio,

Tandem etiam tensioni dextri hypochondrii, & febriculæ, quæ plusquam sæpè reconvalescentes fatigant, ut occurratur, leni pharmaco alvus identidem sollicitanda, quò materiæ liquefactæ, ac digestæ, explodantur: quibus & ex Avicenna consilio lib. 3. fen. 14. tract. 3. cap. 14. Balneum aquæ dulcis, ad citiorem abscessus maturationem cumprimis idoneum, frequenter adjungetur.

Balneum aquæ dulcis

Cumq; ex frequentibus corporum sectionibus innotuerit, hydropicos omnes glandulas Mesenterii induratas, & Pancreas abscessibus scatens, possidere: Idcircò haud abs re fuerit, ventrem universum oleis, unguentis, fotubusq; munire. Rondolet. part. 2. meth. cap. 35.

[D]E COLICIS DOLORIBUS NOTHIS.

Ex morbosâ denique Mesenterii dispositione resultat Colici doloris [ge]nus, adulterinum quidem, atque [co]ntumax, diuturnum, sæpissimè re[ver]tens, gravissimisq; symptomatibus [fe]cundum. Fomes istius cum in in[te]stinis haudquaquam subsistat, sed [v]el in peritonæo, aut inferiori parte Mesenterii, vel, quæ abdomini ob[t]enduntur, in membranis vicinis de[li]tescat: Idcircò neq; Clysteribus, Fo[m]entis, aliisvè remediis Colicis deli[n]iri, aut averruncari potest.

Majori autem ex parte â chronicis [f]ebribus, aliisq; biliosis, ac difficilis so[l]utionis morbis, profluit, in quibus [n]atura, humoris noxij per alvum fru[st]râ tentatâ evacuatione, eundem è venis & visceribus in membranas se[c]ernit: ac dolores in iisdem excitat morbo præcedente longè graviores. Quibus hi dolores præcipuè sint infensi.

Licet non rarò, teste Jac. Sylvio meth. curandi fol. 187. etiam â biliosæ materiæ, â medicamento in ventrem attractæ, & libero exitu prohibitæ,

regurgatione ad partes principes fa-ctâ, oriatur.

Morbus Ructuosus Hippocratis.

Ideam hujus affectus nativis repræsentat coloribus Hippocr. l. 2. morbi sect. 74. sub nomine morbi Ructuosi quem huncin modum describit: Dolor corripit acutus, & dolitat vehementer, & ipse seipsum jactitat, & vociferatur, & frequenter eructat, & ubi eructarit, melius se habere videtur. Sæpè etiam bilem revomit modicam, poculi parvi mensurâ: & dolor corripit à visceribus ad imum ventrem, & laterum mollitudinem: & ubi hoc factum fuerit, melius sese habere videtur, & venter inflatur, & indurescit, & strepit, & flatus non egreditur, neq; stercus. Morbus hic, si juvenem corripiat, tempore decedit; si seniorem, commoritur.

Dolorum Causæ.

Dolorum istorum causæ ex signis morbum antecedentibus, ac præsentem comitantibus, nec non ex juvantibus & nocentibus, commodissimè eruuntur.

Signa futuri doloris.

Futurum arguunt morbum Cacochymiæ præludium, Icterica dispositio in ocu-

in oculis ac temporibus paßim conspicuâ, appetitus deperditus, color faciei luridus, hypochondriorum gravitas increscens, sitis invalescens, alvi dejectiones raræ, Urinæ rubicundæ, & universi corporis laßitudo.

Præsentis.

Præsentem verò designant flatuum & excrementorum suppreßio valida, dolor ventris & lumborum vehemens, ac certo in loco, ut plurimum tamen circa lumbos, fixus: remediorum per vomitum exturbatio, inutiliq́; solventium repetitione defatigatio: Clysterum successus rarus, quibus non nisi coactum quid, & scybala, excluduntur: calida & acria medicamenta omnia plurimum inferunt detrimenti: dolores citò repetunt.

Invalescē-tis.

Invalescente jam morbo, ægri, remediorum pertæsi, dum nullâ arte dolores exolvi conspiciunt, spem omnem deponunt: Enemata, ac glandes, superius attracta, vomitu sæpè rejiciuntur: Nephritis magna ex parte vires acquirit: Vicini abdominis musculi, & peritonæum ab internâ putrilagine ...ntem concipiunt: Scholtographus

Höller. in cap. 40. lib. 1. de morb. int. dolores in universum abdomen sese diffundunt, & ad extremos artus, maximè tamen ad humeri articulos, ac pedes, transeunt, quos primo laßitudo quædam, deinde dolores pungentes, ac tandem Convulsorii motus exercent.

Hos insequuntur vel Epilepsiæ, vel paralyses, aut Spasmi, vel Mania, vel Catalepsis, aut Melancholia, vel Apoplexia. Non pauci etiam Epatis imbecillitate, ab hoc morbo invalescente, confirmataq́ue, & contaminatis ista impuritate humorum & vaporum spiritibus, caloreq́ue nativo, nutritionis opifice, imminuto, tabidâ lue consumti pereunt.

Symptomatum causæ unde.

Et hæc Symptomatum evariatio ab evaporationum, ac materierum, inde resultantium, diversitate, caput ac reliqua membra diversimodè infestantium, propriè dependet. Acrimoniâ enim suâ partibus nervosis convulsionem inducunt: Et si cum acredine vitiosam simul qualitatem acquisiverint, Epilepsiam concitant: Si calore vehe-

vehementiori nervos imbuerint, paralyseos autores sunt: Sin adustis & crassis fuliginibus cerebrum obnubilarint, Melancholiæ aut Maniæ suppeditant occasionem.

Quæ sane universa longè gravius urgent, citiusq; promoventur, pro doloris immanitate, vel remissione, nec non vigiliarum perseverantiâ: quibus vires pene omnes imminuuntur, spiritus exhauriuntur, ac facultates totius maximopere fatigantur.

Si deniq; juvantium ac lædentium effectus æstimentur, calida & acria medicamenta plurimum incommodi in hoc malo semper concitasse, nemini obscurum est.

Ex quibus elicitur, humores pituitosos, vel distemperiem frigidam, haudquaquam in causa esse: sed calidam & siccam, ex humoribus acribus, intestina vellicantibus, atque, ut ex dolorum perseverantiâ judicare licet, putridis, & qualitate omnibus visceribus, Epati cumprimis & ventriculo, inimicâ, imbutis.

Quibus omnibus Naturam tantò gravius atteri verisimile est, si, quæ ad inflammandum corpus, & accumulandam variorum succorum, putridorum & biliosorum, illuviem, idonea sunt, accesserint: ceu vinorum fortium, generosorum, sulphureorum & meraciorum, intemperantior usus: Venus importuna: repletiones assiduæ: exercitiorum & consuetarum evacuationum intermissio: humores biliosi, maligni, ex morbis aliis in corpore derelicti, aut victu indulgentiori coacervati: effusio bilis acris, & mordacis, è jecore in partem vicinam. Quibus etiam uteri, & Renum vitia addere licet, quorum occasione ventrem multoties efflictim dolere manifestum est. Mercatus de morb. int. cur. l.13.c.15.

Majori tamen ex parte horum dolorum mineram in Mesenterio minus rectè disposito, delitescere, indeq; diuturnitatis, & variorum intervallorum causas, dependere, multa sunt quæ arguunt.

Primò enim apud omnes in confesso est, hosce dolores illis ut plurimum negocium facessere, quib. Epar obtigit imbecille, qui ad Icterum aut Cachectam sunt proclives, vel morbis Chronicis paulò ante fuerunt oppressi: in quibus verisimile est, magnam Mesenterii vel subesse impuritatem, aut ex abscessibus comparatam intemperiem.

Rationes mineram horum dolorum in Mesenterio potissimum recudere, demonstrantes.

2. Si ex Uteri & Renum, quovis modo affectorum, consensu aut commercio gravissimi quandoque dolores proficiscuntur, à quibus tamen non nisi per vapores vitiosos, qui partes vicinas, aut nervos, dorsum perreptantes, inficiunt, contagium propagatur: Nihil equidem obstare poterit, quo minus à Mesenterio, totius corporis sentinâ, & in quo focus putredinis alitur, gravius offendantur.

3. Cum ex symptomatibus nullum penè huic morbo copuletur, quod non apertissimè de corruptâ nutritione, vel Mesenterio affecto, testetur: Idcirco non immeritò fomentum inde acquirere suum, statui debet.

4. Affectuum horum conditio, & σύζευξις ex Mesenterii structurâ non potest esse non obvia. Cum enim substantia Mesenterii à peritonæo oriatur, ac revera nihil aliud sit, quàm peritonæum ad lumbos duplicatum, iisdem affixum, & ex nervis & arteriis multiplicibus conflatum: Ideò doloribus istis lumborum cruciatus perpetuò sunt conjuncti: idq; non saltem ponderis ratione, quo Mesenterium infarctum, aut humoribus turgens, tristem lumbis sensationem infert, sed & ob putredinis, quæ vicinis partibus, sensu exquisito, ob nervorum originem ac transitum, præditis, infensissima est, virulentiam.

5. Accedit, quod, malo ingravescente, non in lumbis modò dolor sui furoris incommoda exercet, sed & in universum ventrem, Hippocratis testimonio, loco modò citato, diffunditur: quod citra communem causam, qualis venarum Mesaraicarum textura est, per abdomen universum inter intestina dispersa, fieri nullo pacto potest.

6. Ex hac Mesenterii & lumborum Sympathiâ oritur etiam Nothi doloris colici, & paralyseos, nec non aliorum gravissimorum affectuum in Cerebro, mutua successio: Quin imò resolutorios & convulsorios motus omnes continuò præcedit pedum lassitudo, quam brevi dolores mordicantes excipiunt: Id quod non nisi à nervis, perniciosâ qualitate, à Mesenterio vitiato ipsis communicatâ, imbutis, fieri posse statuendum.

7. Præterea neque Hippocratis deest autoritas, qui non nisi factâ suppuratione, & sanguinis putridi copiosi (cui addere licet & saniei) profusione 7. Epid. part. 28. dolores istos sopiri memorat.

8. Fidem deniq; huic rei facit & ipsa affectus indoles, quæ subinde vires acquirere suas, & per intervalla repetere consuevit, quoties novæ materiæ facta fuit accessio, & putrefactio, qualis certe tot vicibus, multorumq; annorum decursu remigrans, in alia membra nobiliora cadere, sine præsenti periculo, non potest.

Minera dolorum in Scorbuticis.

Quibus commotus rationibus haudquaquam ambigo, in hanc dolorum officinam etiam referri posse istos, qui in Scorbutico malo ægrotos per intervalla gravißimè divexant, Ventriculum, & intestina variis cruciatibus, lancinationibusq́; discindunt, nulli secundum methodum institutæ curationi cedunt, sed post cruciatus & exulcerationes diuturnas corpus tandem paulatim consumunt & exhauriunt, nonnullos etiam, ob distensionum immanitatem, in peritonæi rupturam præcipitant. Eugalenus de Scorbuto.

Signa distinguentia hosce dolores ab

Dolores hosce à vicinis uteri, Renum, Ilei, & coxendicis cruciatibus dijudicantia signa non tàm facile à sede doloris, quàm à vehementiâ, quantitate, motu, exeuntibus, & antecedentibus, petuntur.

Uteri.

Utero namq; affecto, dolor magis à ligamentis oritur, & ad inguina descendit, præceßit etiam partus, aut hæmorrhagia quædam insignis.

Ob mensium fluentium difficultatem concitatus dolor magis circa Renes, quàm in penitioribus partibus, vaga-

vagatur, vasa ad uterum pertingentia distenduntur, non desunt signa, excretionem hanc remorantia, & mulieres à vaporibus elevatis tantum non suffocantur.

Dolor Renalis fixus quidem est, ac diuturnus, modicum spacii occupat, in vesicam porrigitur, cum Urinâ modò aquosâ ac tenui, modò sabulosâ & arenosâ: dextrum aut sinistrum latus infestat, ac raro vomitus conjunctos habet. Renum.

Iliacus verò ob partis sensum acutiorem insigniter crudelis est, & acutus, maxime tamen circa umbilicum, & Ventriculi fundum molestus. Ilei.

Paripacto Ischiaticus, præter lumborum gravitatem, ad summam usque natem protenditur, nullo calore affligit, à coxendice in femur, suram, talum, & extremum usq; digitum exporrigitur, alvus denique minime est immorigera, usuq; Enematum cito exsolvitur. Ischiadis doloribus.

Exinde ad futuros eventus prævidendos talia eruuntur prognostica: Prognostica.

1. Dolores ac tumores in ventre sublimes, ac μετέωροι leviores ac mitiores sunt submissis, qui semper fortiores sunt ac graviores. Hipp. 7. aph.

2. Dolor hic perseverans cum vomitu, sudore frigido, singultu, frequentibus remediis minimè cedens, mortem innuit. Leonius.

3. Diuturnis circa lumbos, tenue intestinum & præcordia doloribus urgentibus, si ægri cibos aversentur, una cum febre, his dolor intensius ad caput progrediens repente illos occidit convulsorio modo. Hippocr. in Coacis prædict. fol. 663. B.

4. Dolor lumborum, & supra umbilicum, si medicamentis non solvitur, in hydropem siccum desinit: Id. ib.

5. Dolores Renum ab hisce doloribus, ob vicinitatem mineræ, sæpius irritantur.

6. Novis obstructionibus succedentibus malum indidem recrudescit, sine tamen certis intervallis, quæ nonnunquam ad menstruum spacium, interdum anni quadrantem, vel semestre prorogantur, multorumq; anno-

rum

...um decursu torminibus periodicis exercent. Jacob. Oetheus in obs.

6. Vigiliis, ob dolorum perennitatem & vehementiam, non pauci in hoc morbo extinguuntur.

8. Icterica dispositio, ex hoc morbo contracta, rarò curatur. Schenck. lib. 3. observ. 184.

9. In hoc malo plerumque motus Naturæ inversus est, Ventriculus omnia sursum protrudit, Clysteres item ac Glandes non rarò vomitu rejiciuntur.

10. Post multorum annorum tormina succedit vel hectica intemperies, vel Peritonæi, ac vicinarum partium suppuratio. Hollerius.

11. Vires ex pulsu non sunt æstimandæ: Est enim in omni gravi dolore pulsus exiguus. Idem in Scholiis.

12. In summo versantur periculo, quos obstructio pertinax affligit, vomitus non ciborum modo, sed & bilis æruginosæ, quandoque etiam fecum alvinarum, enervat, Epilepticæ convulsiones torquent, & quibus vox exilis, ac respiratio difficilis molesta est.

13. In abscessus, cancrum (Mercatus lib. 3. de morb. int. curat. cap. 15. fo. 312.) testium inflammationem (Hippocrates 7. Epidem. 28.) Gangrænam & herniam, dolore diutius perseverante, plerumq; commigrare malum solet, vel, si febricula adfuerit, in marcorem.

14. Nonnunquam & febres continuæ, tertianæ, sæpius verò quartanæ, hisce doloribus finiuntur. Fernelius lib. 6. Pathologias cap. 10.

15. Propter obstructionum pertinaciam, quæ nulla arte solvi videntur, & Medicus, & æger, de profectu auxiliorum sæpè desperant. Schenckius ex Oethæo l. c.

CURATIO.

Curatio horum dolorum duplici ingenio absolvitur.

Huic affectui duplici ingenio appositè mederi licet, primò remotione causarum, à quibus vel exoritur, aut fovetur: Deinde doloris mitigatione & ablatione.

Causarum elisioni dolore inducias concedente, inserviunt humorum peccantium præparatio, evacuatio, revulsio, & resolutio.

At quia citra alvi solutionem irritus omnium est conatus, eapropter enematum frequentiâ nihil salubrius esse poterit.

Formas istorum demonstrat affectionum varietas, in qua tamen semper advertendum, an expurgandi & abstergendi, & an leniendi & mitigandi prævaleat intentio. Clysteres qua ratione evariandi.

Intemperies etenim calida & sicca humida & moderatè refrigerantia postulat subsidia: Excrementa diutius cohibita, indurata, & viscosis humoribus associata, emollientibus cum infusione ac detersione, ad eductionem parantur: Motus intestinorum hebetior, iners, aut inversus, ad inferiora revocatur leviter ad expulsionem irritantibus: Dolor denique non admodum ferociens, anodynis & lenientibus: vehemens autem stupefacientibus mitigatur.

Ad emollitionem, moderatam refrigerationem, ac doloris mitigationem, ex Avic. præcepto 16. fen. tertij, tract. 4. cap. 19. Naturæ intestinorum lacte caprino infuso nihil aptius erit,

cui

cui nonnihil Caßiæ, & olei Violacei, vel liliorum alborum, admiscere licet.

Ratione abstersionis verò, at ut Natura ad consuetas revocetur semitas, parum Electuarii hieræ simplicis, vel mellis Violacei addendum. Neque abs re fuerit eosdem ex decocto Malvarum, hordei Violarum & Nenupharis, additis sacharo, & oleis idoneis, confecisse: Vel ex jure pulli alterato, cum butyro: vel Decocto Galli decrepiti: aut oleo Amygdalarum dulcium, vel Lini, cum brodio Caponis, & intestinorum mutonis: hordeato liquidiori: Emulsione Amygdalarum dulcium ut vult Hollerius c. 41. lib. 1. de morb. int. vel ex mucilaginibus seminum Lini, Althea, Fænugræci, Psyllii, Cydoniorum, addito interdum capite Papaveris, cum vitello ovi, oleo Violaceo, Butyro recenti, Adipe Anserino, & Sacharo Violaceo, concinnasse. Horum vice glandibus subditis alvus quandoq; sollicitanda, in quarum tamen usu cavendum ne sursum trahantur, ac superne dejiciantur.

Exclusis fecibus, & impetu vapo-
n versus superiora quodammodò
ibito, medicamentis per os exhibi-
purgatio molienda: Cujus tamen
debent esse dotes, ut non molestè,
q, ut vult Galenus 12. meth. med. 2.
ρόως, peragatur, sed ex temperatio-
ibus, infarctus solventibus, & mo-
ratè alvum cientibus, constet, ac,
o virium actionisq; modulo, per in-
rvalla repetatur: idq; tum inpri-
is, si obstructiones, ex urina rubi-
nda perspectas, id efflagitare, vel
ericam dispositionem plus æquo in-
lutisse cognoveris.

Purgatio, & ejus conditiones.

Paratur hæc ex Caßiæ cum foliis
næ extracto: Rhabarbari infuso: Sy-
upo Rosarum, aut Violarum solutivo:
r. de Chamæmelo Tartarisato: Cre-
ore Tartari, vel id genus, nunquam
on addito Radicum Schorzoneræ, Ci-
horii, fragariæ, Glycyrrhizæ, florum
iolarum, Bugloss. utr. Sem. lactucæ,
cariolæ, Melonum, Passularum, &
milium, decocto.

Manna ob flatuum ubertatem, &
uod citò bilescat, picrocholis, & qui-
bus

Mannæ usus quibus noxius.

bus interiora impensius uruntur, tut propinari nequit. Holler.de morb. int cap.41.

Hæc remedia subinde repetere convenit, omniq; studio cavendum, ne recens alvi suppreßio nova producere pericula queat.

Absolutâ purgatione Venter olei lini, Violaceo, Anethino, Chamæmelino, Amygdalarum dulcium, & Butyri momento, quibus spolium serpentis prius incoxeris, inungatur, Hollerius ibidem; & Mercatus de morb. int. cur.lib.3.cap.15.

Decoctorum apperientium & mitigãtium usus.

Extra casum evacuationis Decocta ex radicibus Schorzoneræ, Graminis, Sarzaparillæ, Glycyrrhizæ, Fragariæ; cum floribus cordialibus, passulis, seminibus frigidis, & hujus farinæ, indidem suppeditentur: quibus nonnunquam de pulvere seminum, aut radicum spatulæ fætidæ dolore præsertim in hypochondriis atrocius urgente, vel, in casu Icteri, albicantis stercoris gallinarum, cum fructu addi possunt. Alex.Bened. lib.13.cap.13.

Præsente sanguinis pleonexia, Icte-rico malo radices fortius agente, dolo-re in febre succrescente, majoreq; hu-morum ad partes affectas affluxu ur-gente, sanguinem è dextri brachij E-paticâ imminuere fas erit. Venæ se-ctio.

Alimenta conveniunt tempera-mento frigida & humida, corruptio-ni tamen haud facile obnoxia. Ideoq; Hippoc. lib. 2. de morbis, textu & fol. prædictis, serum & lac asininum pro anni tempore, nec non cibos mollissi-mos ac frigidos, moderatè tamen pin-gues ac dulces, ceu ptisanæ succum, Betam, Cucurbitam, & Uvarum ex-pressarum coagulum, in simili planè casu commendabat; acres vero ac sal-sos repudiabat. Alimenta.

Neq; temerè improbanda ex hac ratione erit Medici illius curatio, qui referentibus Paulo Ægineta lib. 3. cap. 42. & Avic. 16. fen. tertij tract. 3. cap. 6. hosce dolores, jampridem in co-mitialem morbum, & artuum resolu-tionem, desinentes, cibis potestate & actu frigidis multoties, licet ἀλόγως, curavit: Quod tamen & prunorum

H recen-

recentium, nec non Uvarum largissimo usu, feliciter cecidisse, Oetheus libro observationum propriarum testatur.

Acidulæ. Ex censu resolventium internorum sunt Acidulæ, non quidem evacuationis, sed vitiosam intemperiem corrigendi, gratiâ, moderatius haustæ: dummodò non adsit hydropis, Asthmatis, suppurationis, aut vitiati alicujus visceris, suspicio, & ventriculi, ad quam hanc digerere non valentis, in signis percipiatur debilitas.

Aqua dulcis. Expedit & quandoq; per superiora bilem, & acres calidosq; humores, Aquæ egelidæ, & nonnunquam, corpore rite expiato, frigidæ, potu iterato, compescere: vel in quâ sarmento, vitium recentia, succoq; nativo prægnantia, mediocriter comminuta, balnei maris igne probe sunt excocta. Mercatus.

Externa. Exterius verò, ex præscripto Hippocratis, loco in mali hujus principio

Balnea. citato, usurpantur Balnea, vel ex simplici calida, aut in quâ Violariæ, Agrimoniæ, & Meliloti germina sunt co-

ct-

[...]sa, vel oleo tepido, aut sero lactis pa[...]ata. A quibus tamen febre ac dolore [...]nclementius urgentibus, animus re[...]vocandus.

Horum loco interdum adhiberi [...]ossunt fomenta sicca vel humida, ex [...]oribus Nenupharis, Chamæmeli Ita[...]ci, Meliloti, Violarum, Sem. Lini, Altheæ, foliis Parietariæ, & consimi[...]ibus comparata, lumbis indidem sub[...]ernenda: vel exemplo Cratonis lib. 4. [...]onsilior. cum lacte Caprino, aut Vacci[...]o, modico melle incocto, parata. Fomenta.

Quibusdam in summis angustis, [...]x Julii Alexandrini consilio, non [...]isplicet Aqua frigida, Ventri linteis [...]riplicatis admota: Constat enim ex [...]ujus usu dolorem illicò remittere, [...]ui tamen, nisi maturè occurratur, in [...]aralysin, materiâ fortius repulsâ & [...]ervorum origini impactâ, ut pluri[...]mum transire consuevit. Crato lib. 4. [...]ons. f. 398.

Fotubus subjungere convenit & [...]ataplasmata Anodyna ex farina hor[...]dei, & semine lini, cum oleo Violaceo, Cataplasmata.

Nenupharino, & Chamæmelino, subacta: Vel quod ex caricis coctis, exacteq; contusis, cum panis medullâ, & oleis idoneis, conficitur: Vel:

℞. Vitella ovorum num. ij, Farinæ Fabarum, Hordei ana unciam ſ: Ol. Chamæmelini, Roſarum ana drach. vj: Ceræ uncias v: Vitella ovorum cum mucilagine Seminis lini conjungantur, ac cerato admiſceantur.

Narcotica, & varius ipſorum uſus.

Sin verò iſthuc vehementiæ dolores pervenerint, ut, relictis aliis ſcopis, iiſdem opus ſit advigilare: Utiliſſimum utiq; fuerit, Narcoticis, quæ frigiditate & retuſo ſenſu malum corrigere poſſunt, uti, iiſq; tàm in corpus aſſumtis, quàm exterius admotis: habita tamen ubivis illorum in quantitate, qualitate, utendi modo, tempore, & ſubjecto, cui ſunt administranda, proviſione.

Corpori ingerenda admiſcentur Purgantibus, potionibus, Clyſteribus; vel in formâ pulveris, Trochiſcorum, Electuarii, aut Pilularum, adhibentur.

Singula tamen hiſce requiſitis prædita eſſe convenit: 1. N

1. Ne ad partes principes effrenatius properando, virtutem enervent: Deinde, ut, propriorum suorum corrigentium facultate, virulentiam omnem exuerint: ac deniq;, ut spiritus corroborent, virtutumq; omnium tàm vitalium, quàm Epaticarum, ac Stomachicarum roborantibus sint permixta. Guainerius: Nulla etiam alia, præter virium robur, istorum sit meta, nimirum ut cessantibus doloribus vires recolligant ægri, morbo fiant pares, & sufficere curationis spacio valeant. Heurnius meth. ad praxin lib. 2. cap. 7. Ideoq; satis fuerit bis, tervè, in exiguâ quantitate eadem exhibere, quam in eâ copiâ, quæ postea læsura sit, propinare: Mercatus de morb. int. curat. lib. 3. cap. 15. F.

Compositorum autem tutior, quàm simplicium est usus, propter opii facultatem, vi fermentationis nimiopere domitam: ita tamen, ut sedatis doloribus, placatisq; vigiliis, illicò removeantur, ne causæ morbificæ promovendæ inserviant; sedatoq; dolore frigus eluatur, fovendo locum oleo Cha-

mamelino, & conservis temperatori-bus assumtis. Heurnius lib. 3. meth. a prax. cap. 17.

Purgans Narcoticum.

Ex numero purgantium sumantur Cassiæ extractæ drachmæ sex, quibus utiliter Philonii Rom. scrupulus immiscetur.

Emulsio.

Potionis loco hæc Montagnanæ Emulsio in frequenti sit usu:

℞. Sem. Papau. albi unc. dimi Corticum Mandragoræ, Hyoscy mi albi ana dr. dimid. Croci integ gr. iiij: Obiter contusa, & syndone excepta per horas sex immittantu Aquæ Nenupharis unc. v: & fiat e pressio, de quâ unciæ tres capian tur.

Poterit & cum Syrupo lactucæ, a Papaveris, Philonii drach. j. vel N penthis Zwingeriani, Laudani nostri vel Laudani Philoniati Libavi quantitas sufficiens, quæ paucoru granorum pondere definitur, resolv Heurnius. l. cit.

In Enematibus ex re fuerit Past lum ex Castorio & Philonio disturba se. Idem.

℞. Spec. Diarhodon. Abbat. unc. j. Opij Thebaici, vel Extracti ejusdem drachmam j: Cogantur cum Syrupo de Absynthio in formam Opiatæ.

Haud dißimili ratione ad reliquas formas internas Laudanum Opiatum Quercetani, vel ejusdem Nepenthes usurpare licet.

Fornisecus hunc in modum adhibentur: Externæ Narcoticæ.

℞. Ol. Chamæmelini unc. dimid. Philonij Rom. dr. j. Misceantur pro litu.

Vel:

℞. Unguenti Alabastrini drach. ij: Populeonis unc. dimidiam, Ol. Violacei drac. vj: pul. Sem. hyoscyami, Cort. Mandragoræ ana scrup. j: Aceti parum, Opii pro libitu: Misc.

Hac tamen serie ejusmodi medicamenta usurpantur, ut à levioribus ducatur exordium, & ad validiora sensim deveniatur. Heurnius.

Sin denique Epilepsia, paralysis, aut alii graves, ex cerebro affecto depen- Symptomata capitis quæ

ratione corrigantur.

dentes, morbi ingruant, Revulsori in cruribus sectione, qua sanguinis, & humorum impetus versus superiora cohibetur, & caput ab omni appulsi vindicatur, res agenda erit.

Quin & cucurbitæ scapulis adfixæ emolumenti plurimum afferunt, idq majori semper cum successu, ubi alvus in officio perseveraverit, vel torpescens prædictis subsidiis in dies sollicitetur: de quibus consulere licet Cratonem lib 2. Epistol. fol. 231. ac 386. Erastum 4. parte Antiparacelsicorum pag. 236. usq; ad 258: Schenckium observatione, 159. libri primi: & Langium Epist. med. part. 2. epist. 55.

Et hæc de Mesenterii morbis, magna ex parte hactenus indictis, aut perperam explanatis, consignasse sufficiat, ad quos reliquos omnes, ex viscere hoc minus rectè disposito, aut vitiato, progerminantes affectus, in cognitione & curatione, facili methodo revocare licet.

AFFE-

AFFECTIONUM HYPOCHONDRIACARUM HISTORIA ET CURATIO.

HYPOCHONDRIACUS, seu MELANCHOLICUS, affectionum harum Ideam, Interprete M. MARTINO RINCHARDO, EILENBERGENSI, P.L. aç Erdebornensium Pastore, in seipso exprimens.

UT Deus, ille Deus Mundi melioris origo,
Qui cœlum & terram; &, terram qui circat aqua-
(rum
Vorticibus, pelagum; &, pelagum quæ commovet auram;
Quicquid & immenso gremio Natura recludit,
CONDIDIT, & positis jussit consistere metis:
Quadruplici humanum discrevit sanguine corpus,
Sanguine cumq; alii de nobiliore decentes
Ostensent vultus, & eburnea colla, decusq;
Oris, & in labiis mistum candore ruborem,
Corporibus salvi recteq; diuq; valentes:
Putidulâ putridáq; mihi Natura misello
Relliquias de FECE dedit, taboq; cruento
Formavit formâ informi deforme teristrum.
Inde Intemperies, cœloq; infusa mali vis
Cum replet nigro Mesaræi sanguine venas,
Pravaq; Ventriculus venis alimenta ministrat,
Certatim HUMORES spumanti ardore recocti,
Ceu mare fervescunt gravibusq; vaporibus intus
Turgentes, imi labefactant omnia ventris:
Procedunt, & septa premunt transversa; recludunt
Spiramenta, gravi inducto spiramine; pectus
Pervadunt, COR pulsando sine fine fatigant;

Con-

Conſcenduntq; caput, penetraliaq; intima ſedis,
Non raro ætheriæ, & rationis acumine læſo
Arcem Animi furiis agitant, atq; omnia turbant.
Heu mihi! quot! quantisq; malis! quantisq; periclis!
Transigo quodcumq; eſt ævi miſerabile. Namque
Nec ver tot flores, nec habet tot Meſſis ariſtas,
Poma nec Autumnus, niveos nec frigora floccos:
Quàm me circumſtant manifeſta pericula, quæ vel
Diverſas paulùm diverſo turbine partes;
Vel, ſi fors nimiùm furat exſuperata procellis,
Integrum in Præceps poſſint demittere corpus.
Nunc ruit in vitium Vitævé Animævé Facultas;
Nunc vis Naturæ patitur; nunc infima Ventris,
Ventriculus; Cor; Splen; tumidus: Meſaræon, & Epar.
Degenerant: Pars nunc ſalva hæc, nunc illa, labaſcit:
Prima MESENTERIUM infeſtat violentia, (fruſtrà
Multa reluctanti obſtruitur ſordetq; meatus.
Succedunt morbi: capitis vertigo, gravedo;
Triſtities; ſine mente metus; ſine crimine culpa;
Irrequieta quies; inſomnia miſta tumultu;
Continuum frigus; gelidi fœdiſſima Ventris
Proluvies; vomitus turpiſſimus; Oris-
Ventriculi morſus, totoq; in corpore pallor.
Nec caro nec vires, nec qui color antea; carnis
Sed pro carne locus, pro corpore corporis umbra eſt.
Genua labant; venis malè juncta trementibus oſſa
Conſumptis hærent, viſu deformia, nervis,
Imò quod gravius, longeq; remotius arcet,
Spiritus ore foras gravè-olentem volvit odorem,
Rancida quo fœtent projecta cadavera campis.
Queis ſuper accenſus, celeres proclivis in iras,
Ipſe mihi infelix aliisq; infenſior, ultrò
Perdius & pernox meme in ſecreta recondens
Invigilo tacitis curis turpiq; pudori.

Multa loquor, sed plura velim, imò plurima restant,
Per caput atq; latus volitant & pectora circum
Quæ mihi: quin Comites prædicta AFFECTIO mor-
(bosque
Infert quæq; suos. Animæ vitiata Facultas
Astrictum pectus; distenta humore maligno
Fervidaq; inducit post pastu hypochondria: sensus
Fit gravior, gravior fit respiratio; crura
Curva rigent, lumbiq; dolent, auresq; susurrant;
Defessosq; ultrò quatit æger anhelitus artus.
Noxa FACULTATIS VITALIS si qua
(subintrat,
It comes anxietas animi certissima; anhelum
Cor trepidat, gelidus manat per viscera sudor;
Debilis est pulsus, varius, lævaq; molestus.
NATURAM oblæsam mala concomitatur Ore-
(xio,
Humor iners, flatusq; frequens; adstrictior alvus
Jejunam eructans saniem, quandoq; relaxans:
Rugitus hypochrondriaci, crebriq; fragores,
Ceu perterricrepro metuenda tonitrua cœlo.
Indicio urina est malè olens, rubra, turbida, crassa.
Ventriculus si causa mali est, mala plurima produnt;
Assiduis corpus turgescit flatibus; artus
Intremuere; Os Ventriculi faucesq; molestum
Crebrius ejectant sputumq; acidumq; cruorem;
Ardet utrumq; latus rugitu & fluctibus actum;
Labra oculiq; tument; ingenti ingentia motu
Tormina Ventriculum exagitant, dorsumq; molestant,
Quæ pleno intendunt Stomacho, vacuoq; remittunt.
EPATE non valido, nunc hoc nunc ingruit illud,
Nunc bilis vomitus æruginis ejicit instar;
Nunc ex visceribus tetris; nunc proluvie alvi
Nigrâ; nunc sanguis plenis ex naribus exit;
Nunc vel anhela sitis fauces, vel acerbus amaror

Torquet; nunc ventrem, nunc dextra hypochondria, (Spasmus;
Mens languet; pes uterq; tumet; faux vina meraca
Appetit, appositæq; movent fastidia carnes,
Quando à SPLENE fluunt nigræ discrimina bilis,
Splen ipse & Stomachus, post fercula sumpta tumescunt;
Pectora rauca fremunt; nulloq; humore rigatus
Aeris exiguos angustat Pulmo meatus.
Horrisona emittit sternutamenta cerebrum;
Cervicem Ariditas urget, nervosq; coarctat;
Fœda Melancholicus gelidoq; simillima buxo
Ora gero livore mihi, ulceribusq; præustis
Crura rigent; imò ima dolor contingit, & artus
Quarto sæpè die depascit lurida Febris.
Temperiem CORDIS corruptam sanguis adustus,
Et chronici præeunt morbi, febresq; malignæ,
Languores inconsueti; præcordia circum
Perpetui motus, animiq; subinde liquores.
Quæ, si prævaleant, intentant omnia mortem.
Tandem ubi paulatim latè contagia morbi
Proserpunt alia ex aliis, fit ut undiq; totum
Occupet atra lues CORPUS, malaq; agmine denso
Omnia conveniant & in uno ventre morentur,
Quæ-jam-cunq; super diversis tradita membris.
Tùm curæ ingeminant; peregrina insomnia, somni
Divulsi & parvi, mistus vertigine fumus
Tinnitu strepit assiduo cava tempora circum,
Asper, acerba tuens, monitus neglecta fideles
Inq; suos sævâ mens dira exæstuat irâ.
Imò si quis amat duplicare labore labores,
Imbrem hyememq; pati, sævis non cedere nimbis,
Æstivum tolerare jubar, Boreæq; rigorem;
Pectus inexpleto curarum rumpere questu;
Et nimium curis insomnes ducere noctes,
Et nimium Veneri & nimium impallescere chartis;
Nec

Nec solum me triste malum; sed & insuper ipsam
Uxorem, Uxorisq; uterum per viscera vexat,
Hinc varii, variis membris, tristesq; Dolores,
Segnitie torpens animus, cordisq; querelæ;
Insulsi risus; tacitæ deliria mentis;
Jam spectra obversant, flendi jam, jamq; tacendi,
Nunc hujus, nunc illius vesana libido.
Hæc me Hypochondriacum, hæc alios persæpè furentes
In curas morbosq; agitant, mortisq; periclum.
Talibus ærumnis, tali in discrimine rerum
Omnibus exhaustus fatis, atq; omnium egenus
Abjectusq; hæsi tot jam labentibus annis.
Nec spes consilii, nec spes fuit ulla salutis
Hactenus, occubuit tantis infirmior ausis
Ipsaq; mussavit tacito Medicina pudore.
At verò nunc finis adest, nunc meta malorum
Nunc Deus æthereo me respicit altus Olympo
MARTINUMq; alium transmittit ab ISIDIS urbe,
Multa manu expertum Medicâ, multa arte peritum.
Exitiis positura modum fundamina tantis
En edit, ostenditq; malum & medicamina certa.
O sole infandos animo miserate labores,
Huc quæ TE pietas, per tanta gravamina? quæ spes?
Quidvé MELANCHOLICI causâ tot adire labores
Impulit? Ipsa sibi merces pulcherrima VIRTUS?
Scilicet ipsa ultrò super ASPERA AD ARDUA (duris
Nititur ad laudem VIRTUS interrita clivis.
Salve magne labor, LABOR & LIBER auree salve;
Salve Hypochondriacis spes desperantibus una;
Ter salve MARTINE tuo dignissime LIBRO:
Æternúm salve atq; vale, & post funera salvus
Cœlicolûm serò succede penatibus hospes.

AFFE-

AFFECTUUM HYPOCHONDRIACORUM Historia & Curatio.

Hypochondriaci affectus nomenclaturâ, quamvis in visceribus, intimo ventris inferioris ambitu reconditis vitiosam dispositionem vulgariter accipi, nemini non obvium est.

Dolores hypochōdriaci varii.

Quam ob causam non Epatis modò, & Lienis, sed & ventriculi, Renum, Uteri, ac Intestinorum, dolores sub Hypochondriacis complecti, non paucis in more positum: licet ob causarum irruentium vehementiam, nec non partium situm & conditionem, diversimodè lancinent, & quandoq; vel in latere dextro versus interiora, vel in sinistro circa spinam, modò elatiori aut humiliori hypochondriorum sede, utî lumborum inanibus, gravitatis ac ponderis, vel stuporis, compressionis, punctionis, dilacerationis, aut ardoris, ac inflammationis sensu, quandoq; etiam cum, vel sine duricie ac tumore, molestiam pariant.

Quæ nostro jam inservit proposito Definitio.

AFFECTIO HYPOCHONDRIACA est se-

est feculenti, adusti, crudi, ac viscid humoris in Mesenterii, Lienis, ac partium vicinarum, venis confertim facta collectio, præcordiorum æstu, flatuum jugi proventu, & ventriculi distemperie maximè insignis, massam sanguineam qualitate perniciosâ coinquinans, & facultates corporis universas, mirâ symptomatum fæcunditate, pessundans.

Indolem ipsius, seu speciem, & curationem, tribus hisce summis capitibus, ceu Diagnosi, qua essentiam, subjectum, effectus, causas, signa, aliisque his affinia, complectimur, Prognosi & Curatione apposité licet prosequi.

DE DIAGNOSI.

Essentia affectus Hypochondriaci.

Essentia hujus morbi (quem Myrachialem Mauritani, Aëtius 2. Tetrab. serm. 2. cap. 3. flatuosum & præcordialem: alii φυσῶδες *seu flatulentum* πάθος, *ob frequentiam* τῶν βορβορυγμῶν *& sonoros, quibus exuberat, flatus, indigitant:) fundatur in intemperie & infarctu venarum, alimentum è ventriculo excipientium, ac distribuentium, à sanguine feculento, crudis suc*

dis succis permisto, genita: cujus ratione humores inibi conclusi ardore quodam semper effervescunt, magnaque vaporum copiâ turgentes ac fæcundi, ventriculi, Epatis, & partium finitimarum coctiones labefactant: sed & septum transversum compressione molestâ sublevant, respiratione inducta difficiliori, pectusque pervadentes, cor palpitatione frequenti fatigant, caput intemperatius, ac destillationibus obnoxium, reddunt: quandoque etiam ἀναθυμιάσει illâ atrâ exiliente, atque animæ domicilium obnubilante, rationis usum perturbant, & Melancholica pathemata exuscitant.

Effectus ipsius varii sunt, pro viscerum affectorum, ac materiæ noxiæ diversitate, & ad ipsius generationem naturalia membra pene omnia symbolum conferre possunt. Effectus.

Exinde plurima affectionum Hypochondriacarũ per consensum seges resultat, gradibus, formâ, situ, symptomatibus, distinctis agendi, affligendique, modis, & curatione longissime inter se dissidentium. Ex quibus tamen Species hypochõdriaci morbi octo.

octo species insigniores usus notavit, quarum primam hypochondriacam Mesentericam nuncupare licebit: alteram à morboso Ventriculi apparatu, Stomachicam: Tertiam Epaticam: Quartam Spleneticam: Quintam Cardiacam: Sextam, ab utero morbum istum fovente, Hystericam: Septimam Hæmorrhoidalem: Octavam, Melancholicam, seu Phantasticam, à capite ac toto emergentem.

Quibus Platerus tract. praxeos 2. cap. 10. illam, quæ à peritonæo: Petrus Salius Diversus in annotationibus super Altimarum cap. 7. eam, quæ à vasis spermaticis utriusque sexus promanat, ac derivatur, nec non omnibus membris, in Ventre inferiori positis accenset, quorum ratione sanguis ex assari, & Melancholicus succus in iisdem coacervari potest.

Qui in dictis jam partibus inva luit, ac radices egit, morbus partim similaris est, seu intemperies calida & sicca, materiæ nunquam non asso ciata, quam Phlogosin Diocles apud Galenum appellat, ob ἐυηξασίαν natura lem

emq; constitutionem labefactatam:
Qua tamen voce non videtur innue- Phlogosis
e inflammationem, in ipso ventricu- Dioclis a-
o, seu partibus ejus hærentem, aut pud Gale-
actam, vel tumorem inflammato- num quid
ium, quæ citra febrem tantopere vi- propriè si-
es acquirere, vel aliquot annorum gnificet.
ecursu protrahi haudquaquam pos-
ent: sed intemperiem calidiorem, in
umore crasso, atro, & adusto, perq;
venas disperso, vigentem. Amatus
usit. Cent. 4. curat. 54.) partim orga-
icus, instrumenti symmetriam insi-
niter conturbatam insequens, & ob-
tructiones copiosas, quas excremen-
orum crudorum pleonexia producit,
& quarum ratione calor viscerum ac-
ensus humores incrassat & quodam-
odò deurit, excitans.

Hasce autem affectiones multò a-
rocius furorem exercere suum in
onfesso est, quando (quod frequens
dmodum est:) intemperiem Ven-
riculi frigidiorem conjunctam ha-
ent, cujus ratione ructus acidi, flu-
tuationes, saltus ac rugitus plurimi
liva copiosa, ob humorem aquosum

tunicis Ventriculi impactum, citraq; tußim promota, tarda difficilisq; concoctio, & alia id genus, quæ ejusmodi dyscrasiam comitari, atq; ad mali exacerbationem eximiè facere consuevêrunt, eveniunt.

Causarum duplex classis.

Causas hæc affectio duplices agnoscit, & multis variisq; modis, pro specierum conditione, differentes. Singulas tamen in binas hasce classes, ceu summa primaq; genera, commode reducere licet: Quædam enim omnibus speciebus sunt communes, aliæ unicuiq; propriæ, & peculiares.

Horum nonnullæ vel adventitiæ sunt, & extrinsecus occurrunt, vel in corpore sitæ, morbo proximè adhærescunt.

Externarum quædam iterum e necessitate, aliæ non necessario agunt.

Externæ necessariæ.

In classem communium externarum, seu remotarum, & necessario concurrentium, refertur ciborum usus, qui suapte naturâ minus laudabilem generant sanguinem, & quas ni tàm qualitate & mensurâ, quàm assumendi, ratione, & varietate, meri ri

ri licet. Tot enim morborum monstra non tàm ob aëris & aquarum mutationem, vel situm regionum incommodum, quàm ob vivendi rationem dissolutionem, quæ singulis penè momentis variatur, atque ad desideria fastidiaq; hominum comparatur, adulteraturq;, exurgere certum est. Unde τὸ ποικίλον τῆς διαίτης luxuriæ nostræ supplicium, & flagitiorum obsonium, cum Basilio non injuria statuimus.

His annumerantur vinorum generosorum, vetustorum, nigrorum, pendulorum, mucidorum: nec non Cerevisiæ crassæ, feculentæ, rancidæ, triticeæ, aut ex aquis crudis, residibus, stagnantibus, aut ingrati saporis, odorisq; discoctæ, potus nimius, atque intempestivus: Aquarum crudarum plurimus usus in febribus acutis, vel post exercitium laboriosum, Gradensis 2. part. practicæ cap. 10. fol. 330: Aër etiam turbidus, siccus, adurens, grossus, vaporosus: cæli status minus commodus: anni tempus autumnale, & vernum, quo humores, in profundo delitescentes, atq; ambientis calore

 diffu-

diffusi, commotiq; excitantur: loca uliginosa, lacustria, maritima, exhalationibus, & eluvie fluviorum, nec non aliis inquinamentis, infecta, quæque præ cæteris ad Epaticas & Spleneticas affectiones, autore Hippocrate libro de aëre, aquis, & locis, plurimum momenti obtinent.

Huc faciunt & affectus animi concitatiores, studia continua, & parum tempestiva, curæ graviores, nimia quies, ocium ignavum, immodicæ excubiæ, jejunia, febres præcedentes, sors vitæ atq; institutum, solennium evacuationum in utroq; sexu suppressiones: adeoq; singula, quæ insitum calorem, ceu primarium coctionum ac secretionum omnium δημιουργόν, *imminuere, crudum & lutulentum humorem in corpore coacervare, & vaporum grossorum resolutionem prohibere possunt.*

Non necessariæ.

Causæ non necessariò occurrentes sunt exercitia valida, minus convenienter, & mox à cibo sumpto, usurpata: equitatio, cursus, & gestatio laboriosa: Veneris usus nimio plus exic-

cans:

cans: medicamenta calidiora & adstrictoria, intus forisq; imprudenter usurpata: Somnus prolixus, & in latere sinistro, qui tumidum plerumq; reddit Lienem, frequens decubitus: Vermes deniq;, intestinis latitantes, quandoq; huic malo occasionem dedisse Erasmus in Encomio Medicinæ autor est, nec non Forest. lib.10.obs.19. His enim remotis, malum protinus cessare visum est.

Internarum causarum aliæ sunt generantes aliæ continentes. Internæ.

Generantes sunt partes nutritioni, aut procreationi, inservientes. Generantes.

Quæ nutrioni famulantur, vel ad Chylosin, aut Hæmatosin, operam suam conferunt.

Chylosin, seu facultatem concoquentem, solus administrat Ventriculus, cibum omnem proprio ingenitoq; calore mutans, & conficiens.

Hujus actio læditur facultate ipsius vel labefactatâ, aut frustratâ. Facultas labefactatur ob intemperiem tùm simplicem, tùm quæ humoris est particeps, seu compositam.

Per simplicem magnâ ex parte accipitur intemperatura frigida, per compositam, vel frigida humida, aut frigida sicca.

Facultas frustratur ob errorem aliquem externum, ex rebus sex non naturalibus contractum. Capivaccius meth. med. Ventriculi itaq; coctione, & Chylosi, turbatâ, crudus & nidorosus Chylus producitur, qui deinde Mesaraicis impactus, inhærensq;, exassatur, inibiq; crassicie & lentore suo infarctus producit.

Hæmatosi inserviens membrum Epar est, intemperaturâ calidiori, quacunq; ex causâ contractâ, conspicuum, quod Chylum indigestum, & nondum plenè concoctum, avidius attrahendo, & portiones humidiores exugendo, crassiores exurit, obstructionisq; notam post se relinquit.

Conti-nentes. Causæ detinentes sunt Lien, Venæ tâm Mesenterii, quam Hæmorrhoidales, Vasa spermatica, Uterus, & aliæ Ventris inferioris cavitates, in quas vel intemperies, aut morbus organicus, ceu obstructio, vel utrumq; cadere potest. Quo-

Quorum ratione non semel visi sunt hypochondriaci, quibus istæ corporis partes, ac sinistrum cumprimis hypochondrium, multo nigro succo, tanquam atro jure, oppletæ, distentæq; fuere: aut quibus haud absimilis humor susq; deque, sine tamen periculo, fuit ejectus: qualem etiam Solenander consilio 7. sectionis 2. ad sex aut septem libras, ex dextro hypochondrio citra noxam explosum fuisse affirmat.

Id quod & Fernelius consilio 44. asseverat, ubi bilem retorridam, sensim, multoq; tempore, circum præcordia cumulatam, neq; per alvum aut vomitionem tempestivè expurgatam, hoc malum concitasse scribit: Aut quibus ex mente Hollerii in scholio cap. 17. de morbis int. sanguis coërcitus, & conclusus, superassatus, vel aliâ ratione vitiatus, in atrum succum degenerat, atq; hinc inde in partes ventris diffusus, magnum intestinorum æstum, cum vaporum insigni proventu exuscitat.

Subsidiariam modò enumeratis præstare operam consuevit viscerum,

cumprimis Epatis ac Lienis, distemperies primigenia, quæ vel naturâ, aut contextu rariore ad excipiendum prona, supervacuam proluviem vel liberalius attrahunt, illaq; supra modum inebriata, nimiaq; gravata mole, neq; sanguinem defecare, aut per convenientia emissaria superfluum deponere possunt.

Quo sane in casu Oeconomia corporis ritè peragi, vel citra cacochymiæ periculum, in tantâ degenerum succorum ubertate, & contagione, visceribus, alioquin illæsis, ac benè moratis, εὐτονία atq; integritas diu constare, ac defendi nequit.

Neq; hic prætermittenda est, ἰδιοσυγκρασία, vel singulares corporum affectus, seu inclinationes, &c, unde præcipua infarctuum promanat occasio, venarum in visceribus exilitas, quâ crassior humor subsistere, atq; in media hærere viâ cogitur.

Minera largi istius succorum vitiosorũ in primâ

Et hæc nimirum est minera tàm largi succorum lutulentorum, & vitiosorum in primâ corporis regione proventus, tàm ex alimentis impuris,

atq;

que corruptis, quàm ex viscerum imbecillitate ac Dyscrasia, proficiscens, quâ vitiosus, & imperfectè concoctus sanguis in intermediis hypochondriorum, ac præcordiorum tubulis nonnunquam & spaciis interjectis, collectus concrescensque, seu à naturâ partium prorsus alienus, vel vitiatam profert nutritionem, vel merus, aut, quod frequentius usu venit, pro ratione loci, aliisque humoribus perfusus, loco concluditur angusto, inibique, calore concepto alieno, æstuationis, seu ebullitionis perennis circa præcordia notas profert, quandoque etiam, nisi obstiteris, putredinis & febrium, autor est. corporis regione provenientus.

Signorum quædam omnibus speciebus sunt communia, alia nonnullis propria: Quæ tamen & ipsa symptomatibus principii, augmenti, & consistentiæ, mirum in modum evariant. Signa.

Communia tàm à causis antecedentibus, & ad sanguinis atrabilarii generationem facientibus (quæ quidem satis sunt obvia, neque multam in cognoscen- Communia.

 gnoſcendo indaginem requirunt quam ad illum conſequentibus, petuntur.

Antecedentia. Antecedentium nomine veniunt Anni tempus autumnale: Ætas præcipitata & inclinans: Victus minus ſalubris: Vitæ genus laborioſum, ſordidum, & contemplationibus indulgens: morboſus in Meſenterio, & reliquis membris ſubminiſtrantibus, apparatus, isq́; vel σύμφυτος aut ξύνξοφος, unà cum ægro adoleſcens, vel avitâ hæreditate acquiſitus.

Conſequentia. In conſequentium cenſum referuntur corporis habitus macilentus, & ſiccus: Somni parvi, divulſi, aut profundi: inſomnia turbulenta, triſtia, & peregrina: rerum præteritarum oblivio: Jecur calore excedens: ventriculus frigidior tardius digerens: crurum rigor & impotentia: nervorum contractio: ſpirituum inopia, aut capitis imbecillitas: pulſus languidus & rarus: anhelitus difficultas: poſt levem motum animi deliquium: morbi præcedentes acuti, diuturni, quibus ſuperatis Natura ut plurimum affe-

ﬀectus reliquias in abdomen depone-
e consuevit.

Quæ ſane universa, pro functio-
um generalium læſione, peculiares
ortiuntur claſſes.

Naturalium enim offenſam ar-
guunt cruditates: flatus: ructus aci-
di: rugitus frequentes, tonitrua æ-
mulantes, circa hypochondrium præ-
ſertim ſiniſtrum: alvus adſtrictior,
quandoq; & laxior: appetitus modò
remiſsior, modò fortior, interdum et-
iam depravatus, idq; pro diſpari hu-
moris tam ab Epate, quàm Liene, in ſi-
num ventriculi profluentis, conditio-
ne: alvus ob viſcidæ pituitæ copiam
adſtrictior, cum fecibus nigricantibus:
ſplenis, qui ſanguinis limo turgens
audentius protuberat, inflatio: & a-
lia, viarum adſtrictiones & obſidiones
comitantia: Urina deniq; turbida, ru-
bicunda, craſſa, feculenta, fætens.

Naturalē facultatē oblæſam indicantia.

Functionis animalis detrimentum
exhibeant morbi in ſenſuum, motuſ-
vé, organis, vel cerebro ipſo conſpicui,
ceu oculorum caligo: creber aurium
ſonitus: reſpiratio difficilis; pectoris
adſtri-

Animalis functionis læſionem arguentia.

adstrictio, quâ ab humore subventaneo phrenes, & hypochondria, distenduntur: ex mole humorum sensus gravitatis, tertio, quarto, vel quinto quoq; die, in non paucis etiam quotidiè, sine manifestâ febre, repetens: laßitudo spontanea: crurum rigor: æstus hypochondriorum â prandio invalescens: dolor lumborum, & artuum, aut utriusq; hypochondrii, modò oberrans, vel obscurus, & quasi sepultus, modò per universum corpus, & ambitum ipsius sese extendens.

Vitalis facultatis offensam declarantia.

Vitalis deniq; facultatis læsionem edocent anxietas animi: cordis palmus, quandoq; etiam, spiritu & calore obtritis, animi deliquium: Pulsus, ut in quartanâ, varius, debilis, durus, frequens, aut, pro temporis morbi conditione, exilis: molesta arteriarum in levo hypochondrio pulsatio.

Et hæc accidentia omnia pro incremento, aut remißione, materiæ, malum committentis, non mediocriter vel intenduntur, nonnunquam etiam explosis flatibus, aut ructibus, vel alvo de-

vo de-

depositâ, magnâ ex parte mitescunt.

Horum autem omnium cognitio rectius innotescit, si, quâ ratione, variarum partium vitio, hypochondriacum malum vires acquirat suas, & in multos foveatur annos, signorum adminiculo inquiratur.

Constat enim à quovis membro posse concitari hoc malum per consensum, vel quia aduritur nutrimentum ipsius, aut quia non repellit superfluitatem nutrimenti, quæ retenta, partibus subtilioribus resolutis, in succum transit & convertitur Melancholicum.

Quâ ratione à reliquis membris hæc affectio contrahatur.

Notandum tamen in hac signorum inquisitione, raro admodum reperiri signum posse, quo idea morbi universa definiri queat, ut non interim in castris reliquorum versari, atque cum iisdem commune quid obtinere videatur.

Vitio igitur Ventriculi malum hoc si radices egerit, certissimo erunt documento frequentia sputi post pastum: flatibus turbatum, & superfluitatibus ple-

Signa per consensum à ventriculo.

bus plenum, corpus: ructus acidi & nidorosi, æruginosum quid resipientes, Aëtius lib.2.tract.2.cap.8. orificij ventriculi & faucium vellicatio, quo sic affecti haustum frigidum magis desiderant, quàm jusculum calidum: Oculi procidentes, & crassa labia: fluctuatio, rugitus, & æstus in hypochondriis: tremor artuum: Lipopsychiæ (Os enim ventris quodammodò affectam ad sui consensum facilè perducit cerebrum, ob cognationem per duos nervos maximos, qui ex supernis ad ipsum deferuntur, Aëtius lib.2.tract. 2.cap.9.) nauseativa satietas: dolores ventriculi vehementes, qui nonnullis ad dorsum usq; procedunt, & concoctis cibis quiescunt, mox aliis ingestis revertuntur, Avicenna 1. fen. tertii tract.4. cap. 19. E: Quibusdam etiam propter infarctum Mesaraicarum fortiorem, alimentum in corpus non diditur, inq; ventriculo indigestum remanet, postero die vomitu rejiciendum.

Nonnullis, ex Galeni decreto 3.loc. aff.6. os ventriculi inferius, quod intestinis continuatur, inflammatorium

affe-

affectum sustinet, & obstruitur, quò statutum descensus cibi ad intestina tempus prohibetur. Unde tumores, æstus, & alia accidentia in ventriculo emergunt.

Cumq́; ventriculus sinistrum latus sub hypochondriis possideat, ideò dolores in hoc malo anteriori sede ad latus sinistrum magna ex parte vergunt.

Notas hypochondriaci mali per consensum ab obstructione Mesenterii, ac tubulorum ipsius, Hippocrates tam appositè refert, ut nihil ad pleniorem inquisitionem desiderari posse videatur. Hunc enim in modum Autor libro 2. de morbis sect. 71. affectum istum inducit: Non inediam, non cibum sumtum ferre potest, sed jejuno quidem viscera rugitum edunt, & ventriculi os mordetur, & alias alia vomit; bilem, salivam, pituitam, & acre: post vomitionem aliquantisper melius habere videtur. A Mesenterio.

Ubi autem cibum sumsit, ructus ei contingunt, cum rubore incenditur, semper se copiosum alvi excrementum abjecturum existimant, cum verò de-

 siderit, flatus infra demittitur: Caput dolore vexatur, totum corpus huc & illuc ceu pungi videtur, crura gravantur, debilitantur, & imminuuntur.

Ab hypochondriis. *Si in hypochondriis, quæ variorum membrorum complexu constant, obvertitur humor adustus, pro signis habentur tristicia & metus sine ratione: somnus impeditior, ac terror ex insomniis: cordis tremor, & anxia compreßio: extensio, dolor, & gravitas hypochondrii utriusque, ad spatulas pertingens: Convulsio & fluctuatio præcordiorum, & eorundem ad superiora attractio: ructus acidi: fætor animæ: ad iram proclivitas: Vertigo & gravitas capitis: æstus hypochondriorum, & infelix laterum fertilitas, funestos partus præsagiens, cum spiritu flatuoso; frigus & macies extremorum, propter ciborum μετεωρίαν Vomitus cholericus, phlegmaticus, acetosus, dentes congelans: egestiones cholericæ, adustæ, & pituitosæ, ventris siccitas: ab eructatione, vomitu, & egestionibus alvi alleviatio: non rarò*

rò etiam, quando flatu continuo vi-
lia extenduntur, ad Venerem pro-
nsio: alia deniq; adsunt viscerum
borantium signa.

Epatis vitio concitatus hypochon- Ab Epate.
riacus affectus comites habet dolo-
em hypochondrii dextri, & in cali-
ioris humoris exuperantiâ, biliosas,
nonnunquam æruginosas, vomi-
iones, vel secessus mordaces, ac vi-
ulentos: oris amarorem: eduliorum,
cumprimis carnis, fastidium: an-
ustiam & anxietates circa Oesopha-
um, & quidem ex flatibus, à sangui-
e præter modum assato, genitis: Fe-
rem lentam & erraticam, qua cor-
us languore diuturno paulatim con-
bescit: doloris usque ad humeros &
avículas extensionem: à cibis inge-
s torsionem ventris, & suffocatio-
em: Urinam flavo colore saturatam:
im intensam: prostratam appeten-
am.

In excessu frigidioris dyscrasiæ san-
uificatricis remißionem, & imbecil-
tatem, denotant alvi dejectiones li-
uidæ, fœtidæ, cremoris specie: vini

meracioris desiderium: Spontaneum sanguinis è naribus, utero, & hæmorrhoidibus profluvium: frequens animi languor: tandem etiam pedum, ac reliquarum partium, intumescentia.

A Splene. Per consensum à Splene, bilis atræ copiâ turgescente, nec sanguinem impurum, Epatis intemperie elaboratũ attrahente, defluentia signa sunt: Duricies & inflatio ventriculi, ac Splenis præsertim post pastum: asperæ arteriæ coarctatio: anhelitus difficultas ex copiosis in Diaphragmate coacervatis flatibus orta: molestissima nervorum ac ligamentorum in cervice contractio: (humor enim Melancholicus sui naturâ, & ex ratione, nervos potius contrahit, quàm resolvit, idq; in singulis partibus, Eugalenus ex Rondoletio) color minimè vividus, sed quandoq; ad citrinum, subviridem, pallidum, aut nigricantem declinans: gravitas crurum: corrupta concoctio, Gerhardus & Gradensis: eructatio, & vomitus acetosi: excreationes copiosæ, Avicenna 1. fen. tertij, tract. 4. c. 19: appetitus quandoq; caninus, aut fames insa-

...tiabilis, cum insigni oris ventri...
...i rosione, ob humorem acidum, co-
...sius ad os ventriculi restagnantem,
...lem præteriti anni exordio vidi-
...s in juvene Melancholico, à tympa-
...ide haud ita pridem liberato: cu-
...modi etiam in vulnerato quodam
...avit Gulielmus Fabr. Hildan. li-
...o de vulnere gravißimo, ictu Sclo-
...i inflicto fol. 35. hypochondrii sini-
... rugitus: alvus adstrictior, quan-
... etiam fœdâ proluvie manans, sub-
...eq; ad excretionem stimulans: mo-
...artuum gravativus, & , si materia
...ruerit, febris lenta, Quartanæ ty-
...n referens: ægroti constitutio Me-
...cholica, sive à primordiis genera-
...nis, vel ob Quartanam, aut alium
...rbum chronicū, vel ob medicamen-
...ū effrenatius exolventium usum,
... propter menstruorum, hæmorrhoi-
...n, aut fluxus sanguinis narium
...pressionem. Quandoq; & in scorbu-
...s hoc malū degenerat, id quod ar-
...unt livor crurum, vel eorundem
...enuatio, & maculæ, quæ non raro
...squammulas resolvuntur, (quod

Scorbuti rudimenta ab hypochondriaco.

 alio-

aliaquin in Erysipelate potritum) nun-
nunquam leves, æquales, splendidas,
cum tenui vestigio impreßi digiti
pulsus varius, frequens, debilis, exi-
lis: sub linguâ universæ venæ, etiam
minutißimæ, varicibus similes, ut &
in labio inferiori, visuntur: Urina
turbida, rubicunda, crassa, instar vi-
ni rubelli, fætens: & si qua oriuntur
ulcera, fætida sunt, ac maligna, gan-
grænosa, cicatricesq; difficulter admit-
tentia.

A Corde. Cum ex Avicennæ decreto prim.
fen. tertii tract. 4. c. 18. citra cordis
consensum hypochondriaca, &, quæ
hanc consequuntur, Melancholica
Pathemata, incrementa capessere su-
vix poßint, eò quod spiritus Vitali
Animali pabulum subministret, &
alter alterius integritatem & sub-
stantiam communione jugi conservet
ac foveat: Utique in confesso est
temperie cordis vitiatâ, corruptaq;
consentientium ipsi partium functio-
nes insigniter labefactari, & supra
modum vel incalescere, aut deprava-
ri. Quo sane in casu uberrimus ad-

sti san-

...e sanguinis, qui per Arteriarum ductus in omne corpus dispescitur, contingit proventus, ἐμπύρευμα toti massæ sanguineæ in venis & arteriis conciliians, ac certissimam sanitatis jacturam præsagiens: haud longè dispari ratione, quâ spiritus vitales puri, tersi, subtiles, non inquinati, neque intemperaturâ quadam notati, cordis robur tuentur, & omnem spirituum tàm animalium, quàm naturalium, corruptelam facessere jubent.

Cordis hanc intemperiem fovent Causæ tàm externæ, quæ in corde & panniculis ejus hærent, quàm extrinsecus occurrentes, eæque vel immateriales aut materiales, ceu morborum acutorum & chronicorum, nec non febrium malignarum, seu Epidemiarum, sævitia: sanguinis in toto exuberantia: omnis in os ventriculi incidens gravis offensa: humor aductus copiosior, pericardio infixus: & bilis retorrida in venis & arteriis, cordi vicinis, coërcita.

Ab Utero.

Manifestior est consensus ex Utero, & propaginibus venarum, ipsum ambientium, variis innotescens argumentis, ceu sunt Dolores multiplices tum universi, tum certæ cujusdã partis, lateris cumprimis sinistri, totam mammam aliquando obsidentes: Risus insuetus: quandoq; etiam rerum omnium fastidium: Animi deliquia: Tacitum & cautum delirium: Flenstri vel tacendi desiderium: Mens segnicie torpens: Perpetua cordis querela, & anxietas: Præcordiorum æstus: Arteriarum in dorso pulsatio: Cutis squalida, rugosa, aspera: Spectrorum visiones: Somnus turbulentus: Alvus obstipa & parca: Lotium acre, biliosum, mordax: Subita post displosos flatus symptomatum remißio, vel eorundem sine manifestâ causâ ingravescentia: mensium suppreßio; tandem etiam, malo vires acquirente, Ventriculi dolores, gravitas artuum: impotentia ad actiones obeundas: animæ fætor: Ventris ingens molestia: maculæ crurum lividæ: articulorum debilitas, & alia, quæ Hippocrates libello de virginum

...num morbis, nec non Aretæus lib. 2. ... signis acutarum passionum cap. 8. ...tarunt.

Nonnunquam & hypochondriacum ...lum ex hæmorrhoidum (sive à ra...o Mesaraico, aut Venæ cavæ propagi...bus, ani musculis insertis, originem ...cant:) suppressione emergit, Natu... sanguinem feculentum, copiosum, ...crassum, ad hypochondria exone...nte.

Ab hæmorrhoidibus suppressis.

In harum cognitionem devenitur ...tulenti & adusti sanguinis uberta..., lumborum gravitate, Renum do...rem ementiente: febre quartanâ ...ræcedente, vel Melancholiâ, Epile...iâ, Pleuritide, & aliis gravioribus ...orbis: ani dolore, æstuatione, & pro...inentiâ.

A totius deniq; corporis consensu ...ypochondriacam indigitant quarta...æ febres, & morbi chronici præce...entes: corporis à fame, curis, sollici...udinibus, tenui victu, Sole, vigiliis, ...ut nimiis laboribus, & itineribus, ...xiccatio: Eduliorum, atrabilarium ...umorem suâ naturâ producentium,

Ex universo corpore & capite.

frequens usus: corpus gracile, excarne, hirsutum, humorum crassiciem & siccitatem, ab externis causis, vel scirrhosâ affectione prodeuntem, innuens: egestionum denique consuetarum vel à Ventriculo, aut à Splene, vel matrice, aut ab hæmorrhoidibus, suppressio: Somni parvi, divulsi: Insomnia peregrina: Corporis vibrationes: Vertigines: Aurium sonitus: Amicorum & monitorum odium.

DE PROGNOSI.

Prognostica unde petantur.

Prognostica, ceu magni ad eventus dignotionem momenti, à rebus vel secundum naturam, ceu temperamento & sexu, vel præter naturam, petuntur: & ex iis nonnulla in salutem ægrotantis conspirant, alia periculi gravissimi sunt prænuncia.

Prognostica salubria sunt:

1. Pituitâ copiosâ affluentes, & adustis humoribus refertos, hoc morbo præ cæteris affligi verisimile est.

2. Affectus hic, quo nullus ex partium animalium, naturalium, & vita-

vitalium læsione, indeque progerminantium symptomatum sævitiâ, ægrotosque divexat, plerumque Medicos decidere solet: eò quod materiam ab insigni jecoris caliditate genitam extirpare arduum est: Difficilius verò, si generetur ab æstu hypochondriorum intensiore, quem immodica materiæ obstruentis crassicies utplurimum comitatur. Capivaccius cap. de Melancholia. Quin & symptomatum tanta est insolentia, ut exercitatissimis etiam Medicis, de loco affecto rectè statuere, sæpè denegetur. Crato lib. 1. consil. 24. & lib. 2. consil. 20.

3. Qui consistenti sunt ætate, & in limine senectutis positi, hypochondriacum facilius incidunt, quàm qui reliquas decurrunt ætates. Galen. 3. aph. com. 30. Benedictus Victorius in praxi fol. 88.

4. Incipiens est facilis curæ, confirmata verò prava ac difficilis sanationis, Avicenna loco paulo ante cit. & Savanorola pract. major. tract. 6. c. 1. Idque propter materiam peccantem, quæ cum cæteris humoribus collata, ad

eductio-

 eductionem est ineptissima: vel propter membra nobiliora, ex consensu simul patientia: vel ob accidentium difficilium consequentiam. Guainerius tract. praxeos 15. cap. 5.

5. Splenetici majori ex parte hoc malo sunt districti. Hippoc. 6. Epidem. circa finem; Avicenna 1. fen. tertii tract. 4. cap. 19.

6. Hypochondria præter naturam oblæsa esse indicant, si, pro reliqui corporis modulo, impensius doleant, incalescant, tendantur, scabricie exasperentur, indurescant, & langueant. Hipp. 2. prognost. ac 3. de Coacis prædict. tex. 11.

7. Non diu abesse à corpore Hypochondriacus affectus, & morbi Melancholici, possunt, uti timor, mæror, & cordis palpatatio, diutius perseverant: eò quod perpetuum humoribus adustis exhibent nutrimentum. Ex Hippocrat. Eugalenus libro de Scorbuto, in præfat.

8. Multi, hoc malo detenti, curationis tempore modicum emolumenti experiuntur, dimißis verò medicamentis

-ientis sanantur, Naturâ post curatio-nem prævalente contra morbos, debi-les ex medelâ factos. Aëtius lib. 2. serm. 2. cap. 10. Ideoq; Rhazes, usu edo-ctus, interdum per tres septimanas quiescendum suadet: & Aretæus ce-dentibus Medicis hunc morbum sana-ri scribit

9. Hæmorrhoides, Varices, Ele-phantiasis, ac menses supervenientes, Hypochondriacum solvunt. Hippocr. 6. aphor. 11. Avicenna prima fen. tertii tract. 4. cap. 18. His addebat Celsus l. 2. cap. 8. Tormina: Hippocrat. 7. aph. 5. Dysenterias.

10. Frigidam ac siccam habentes constitutionem, Cor impensius calidũ, ac Cerebrum humidum, Capillos raros, ac nigricantes, venisq; exilibus prædi-ti, studiis gravioribus intempestivius indulgentes, balbi, timideq; prolo-quentes, huic morbo utplurimum sunt expositi. Guainerius prax. tr. 15. c. 5.

11. Sexus respectu, mares facilius hoc morbo corripiuntur, quàm fœmi-næ: idq; ob excedentem earum humi-ditatem. Cælius Aurelianus lib. 1. c. 6.

Atqui

Atqui si easdem illo affligi contigerit, cum non nisi à causâ prævalente id fieri queat, difficulter, vel rarò, aut nunquam, sanantur: idque ob menstrui sanguinis impuritatem, longam tristißimorum affectuum telam concitantem: Vel quia sexus hic, vitiosius humoris inquinatus, rationi minus obtemperare valet, atq; animum illicò despondet.

12. Morbus hic tempore hyberno minus affligit, quàm vere & autumno, Avic. & Guainerius locis modò allegatis: Vernum tamen molestius est autumnali, eò quod Ver sopitos exuscitat humores, & eosdem sanguini permiscet. Galenus 3. aphor. com. 20.

13. Qualibet pars corporis, in inferiori ventre posita, hypochondriacum exuscitare potest. Petrus Salius Diversus in annot. ad librum Altimari f. 429.

14. Catarrho obnoxii rarò evadunt hypochondriaci & Splenetici. Avicen. cap. de Catarrho. Gradensis 2. part. pract. cap. 10. Arguunt enim destillationes constitutionem corporis humi-

humidam: cum econtra splenetici sicciores sint temperamenti: & quia membro uno affecto, reliqua majori ex parte ab affluxibus sint immunia. Gal. & Grad.

15. Doloris sensus in partibus hypochondrii internus, cum duricie splenis, salubrior est ἀναισθησία Graden. ib.

16. Fluxus ventris, & hæmorrhoidum, moderatus salutem: perseverans, periculum portendit. Idem: Idq; ob acrimoniam humoris, per intestina defluentis, quâ virtus & calor eorundem naturalis destruitur.

17. Hæmorrhagia naris sinistræ sæpè malum hoc mitigare, vel demoliri visa est. Gradensis l. alleg.

18. Urinam mediocris craßitiei, & obscura, cum sedimento bono, salubrior est aquosâ, & subtili, quæ humores compactos esse, nec urinæ commisceri arguit. Hippocrat. 6. aphor. 44. Gerhardus Cremonensis, & Gradensis.

19. Nigricantium Urinarum in hisce affectibus, citra febrem, liberalior profusio salutem futuram indicat.

20. Hy-

20. Hypochondriacis, ob vapo[...] Melancholicos, per universum c[...]pus dispersos, color faciei magna [...] parte ad citrinum, viridem, pallidu[...] aut nigrum devergit. Grad l.c.

21. Mitius generatur hæc affec[...] in albis, & pinguibus, hominibus: [...] frequentior est in fuscis, nigrican[...]bus, biliosis, extenuatis, pilosis, ac a[...]ram carnem possidentibus: nec non [...] istis, qui, ut modò relatum, cor ca[...]dius, ac cerebrum frigidius sunt as[...]quuti. Galen. 3. loc. aff. 7. Avicenna [...] fen. tertii tract. 4. cap. 14. G.

22. Sic homines colore rubicun[...] seu rubore quodam saturati, ac ta[...]dem livescente, præditi, in Mela[...]cholicam confertim transire solent n[...]turam. Aëtius lib. 2. serm. 2. c. 9.

23. Optima sanitatis spes sube[...] quando hypochondriacus alvum pro[...]ciam est assequutus, cum tolerant[...] vomit, aut ipsi vitiligines per corp[...] erumpunt. Hipp. 6. aph. 11. Mercat[...] lib. 1. de morb. int. curat. cap. 17. fol. 9[...]

24. Plurimum ad hujus mali g[...]nerationem momenti sibi vendic[...]

Li[...]

Lien naturâ imbecillis, ideoq́ in attrahendo humore Melancholico parcißimus, nec attractum conterere valens. Unde in maximam excrescendo copiam, non nisi variorum symptomatum autor esse potest. Mercat. l.c.

25. Non nisi adaucto huic malo Melancholica pathemata superveniunt. Gal. 3. loc. aff. 6. Montanus, & Solenander lib. 1. consil. 9.

26. Mitius est malum, putredine humorem adustum, adhuc intra vasa contentum, invadente. Ita namque vel in quartanam commutatur, aut Epatis, Lienisvè tumorem parit.

27. Uti ex probâ coctione plurimum levatur: Ita cruditatibus maximoperè exasperatur morbus. Forestus.

28. Ex humore retorrido non rarò vapor, in universum corpus excurrens, varios dolores, mox tamen desinentes, ciere solet. Fernel. consil. 44.

Ex censu prognosticorum insalubrium sunt:

1. Appetitus in hoc malo prostra-

 tio, periculi non est exors. Avic. l. c. & Savanorola tract. 6. c. 1. rubr. 11. E.

2. Morbi, qui huic malo, jam confirmato, aliàs tamen per se non lethali, copulantur, sunt incurabiles, præsertim in mulieribus: quia conjuncta Melancholiæ pravitas cùm aliorum morborum maliciâ, ipsos facit pessimos. Capivaccius ex Aretæo.

3. Splenetici, & hypochondriaci, quibus pharmacorum potiones nihil conferunt, in hydropem præcipitantur.

4. Dysenteria diuturna in hypochondriacis ad hydropem vergit: Lienteria autem succedens exitium præsens minatur. Avicenn cap. de Apostematibus splenis. Gradens. 2. part. pract. cap. 10. & hoc propter nocumentum stomacho communicatum, quo calor ejusdem nativus, & nutritio, evertuntur.

5. Hypochondriaca, citra periculum delirii, in his qui dejecto sunt animo, in cordis palpitationem, animi deliquium, & ubi pravi succi cibis copiosius utuntur, in syncopen degenerat.

ol. 94. D.

6. Morbus hic invalescens curatu
erquam est difficilis, tum ratione
ucci, qui autor est obstructionum,
um etiam Epatis & Ventriculi, nec
on contrariarum intemperierum,
ontinentium & foventiũ hanc dispo-
tionem, maximè quando partes in
abitum eandem susceperint. Sole-
ander.

7. Dolores hypochondriaci diuturni
n Lienis duriciem desinunt. Graden-
s ex Viatico c. 10. de dolore splenis.

8. Febris, quæ sequitur hypochon-
riorum vitia, deterior est illâ, quæ
x eorundem revulsione ac duricie o-
tur. Hippocrat. prorhet. part. 2. text.
. Lud. Mercat. lib. de morb. 3. classe
quæst. 187.

9. Vertigo in hypochondriacâ aut
Epilepsiam, vel cæcitatem, transire
nsuevit. Montagn. consil. 182.

10. Hypochondriaci, malo jam con-
mato, propter feculentorum succo-
um pleonexiam, caloris innati lan-
uorem, & naturalis œconomiæ tur-

 bationem, ut plurimum in Scorbutum, vel Hydropem devolvuntur.

11. Morbus, adultior jam factus, sæpenumerò converti solet in Cæcitatem, Apoplexiam, Convulsionem, Febrem quartanam, Epilepsiam, Melancholiam, & maniam Hippocrat. 6. aphor. 56. in calce 6. Epidem. Avicenna loco sæpius cit. in fine cap. 20. lib. 3. fen. 1 tract. 4. Melancholicus enim humor arcem mentis obsidens, quatuor modis periculosè mutatur: Nam si supra modum exustus vertatur ad substantiam & membranas Cerebri, parit furorem: si ad ventriculos, Apoplexiam: Si ad originem nervorum, Convulsionem: Si ad oculos, nebulas, caliginem aut cæcitatem. Leonius de morb. curand. sect. 1. lib. 2. cap. 8. Mercatus de morb. int. cur. lib. 1. cap. 17. Scholiographus Hollerii in cap. 17. lib. 1. fol. 145 Hippocr. 6. aphor. 56. Quod ipsum etiam de flatibus, & fuliginibus atris ab adustâ bile genitis, & unde liber sese insinuantibus, subaudiendum. Cor enim præter modum ferientes fumi, & pericardium occupantes, Palpi-

tatio

rationes frequentes, quandoq; etiam deliquia, concitant: intestinis impacti, cruciatus colicos inferunt: Ad caput delati, meningasq; comprimentes, cepha, lalgiis diuturnis occasionem præbent: Ad linguã prorepentes, convulsiones, nec non dorsi ac brachiorum dolores, eximiè pungentes, inducunt: Ad renes ac lumbos decumbentes, dolorem nephriticum exuscitant: Ad summam deniq; cutim, & habitum vergentes, punctiones molestißimas pariunt.

12. Quod si intra pulmones clam cuniculos egerit humor, eorundemq; Cannulas obstruxerit, Dyspnæam ciet: Si ibidem calore circumventus alieno putruerit, diuturnæ afflictionis vestigia ponit, pulmones arrodit, atq; exulcerationi in iisdem occasionem præstat. Sal. Alb. in hist. Scorbuti.

13. Hypochondriacus sæpè vomens, nauseabundus, & assumta malè concoquens, vel in febrem, hecticæ non absimilem, incidens, tabidus moritur,

14. Calculus & arenæ in Epate, aut Vesicâ Cholydocho, dolorem hypochon-

driacum exuscitantes, difficulter me-
delam admittunt. Platerus tract.
fol. 537.

15. Ulcera in corporibus hypo-
chondriacorum erumpentia in angu-
sto spem, & mortem vicinam esse, ar-
guunt. Savanorola ex Avicenn. l. ja
ante alleg.

16. Diuturno errore altius in cor-
pore ubi radices hoc malum egerit, fu-
rorem exercet hecticæ aliquando no
absimilem.

17. Hypochondriaca paßio in fin
febrium acutarum, per aduſtionem &
exiccationem humorum invalescens
periculosa est. Sananorola tr. 2. c. 1.

18. Virium defectus præter ratio-
nem insignis, ac citra tensionem hypo-
chondriorum effatu dignam perseve-
rans, vel hypochondriacum invetera-
tum, aut scorbutum arguit: idq; cum
primis, quando lituræ nigricantes i
corpore apparuerint.

DE CURATIONE.

Cum igitur ex prædictis apertißi-
me constet, tot in corpore humano re-
periri membra, quæ primario ab ho
morb

morbo infestari possunt, ac totidem affectiones eundem comitantes: commodissimum utiq; fuerit generalem omnium affectionum hypochondriacarum præmisisse curationis modū: Deinde, speciatim etiam, quid unicuiq; peculiare sit, & quâ ratione, pro affectionis ac partium diversitate, singulares curandi intentiones exurgant, prosequi.

Tantò autem in universum curatio gravior, diuturnior, ac periculosior futura est: quantò major circa partes Naturales affectuum erit Syndrome, & quò minus materia morbifica in tubulis Mesaraicis, viciniisq; membris, delitescens, subindeq; novâ accessione ab assumtorum excrementis, indies congestis, accumulata, vel sanguinis detractione educi, aut purgantibus subsidiis imminui potest. Difficultas curationis unde.

Curationis itaq; finem is demum feliciter assequetur, qui Indicantium, & Indicatorum vim dextrè assequutus fuerit.

Indicantium nomine tria in considerationem veniunt, Causa morbi, morbus, & Virtus. Indicantia tria.

Ratione causæ morbificæ, humor lutulentus, tartareus, ac impurus, in venis Mesenterii, ac partibus propinquis abstrusus, exturbari, omnisq; vaporum effumantium proventus repellentibus submoveri debet.

Duplex medicorũ error.

Neq; imitandus est medicorum nostri seculi error, qui vel insigniter calefacientibus & exiccantibus, rugitibus saltem ut consulatur, flatusq; discuttiantur, rem agunt, intemperiem Epatis interim negligentes: quo sane in casu malum eximie promoveri verisimile est: aut urgentibus in Liene obstructionibus, impensius refrigerantibus & humectantibus medelam exercent, digerentibus, & quæ Lienis infarctus discutere, ac remollire queunt, longum valere jussis.

Quo peracto, Causæ externæ, virium insitarum temperiem immutantes, & affectuum impetum concitantes, promoventesq;, sunt removendæ, ac symptomata, quæ curationis vim ad se trahere videntur, mitigandæ.

Pari ratione morbus, qui in intemperie, & obstructione viscerum, fundatur,

datur, vel alterandus, aut demoliendus est: & Virtus Cordis, Ventriculi, Epatis, & Lienis, quæ in hisce affectibus potiorem morbi molem sustinent, modis omnibus roboranda, conservandaq́.

Indicatum verò tribus summis Medicæ artis instrumentis, Diætâ, Chirurgiâ, & Pharmacorum usu absolvitur: quæ singula, pro materiæ, ac laborantium viscerum varietate, accuratè distinguenda sunt. Indicata.

DE VICTUS RATIONE.

In ratione Victus, quæ reliquis curandi instrumentis Naturæ ordine prior est ac tutior, quæq́; ex mente Galeni libro de part. art. med. & libro Experimentorum, nec non Rondeletii parte 1. meth. curandi morbos cap. 42. accommodatissimum, primum, ac nobilissimum curationis est organum, eò quod fiat, secundùm Heurnii mentem, in com. lib. Hipp. de ratione victus in morb. acut. lib. 1. text. 6. per materiam Naturæ consuetam: quaq; solâ multos Melancholicos pristino vigori sese

restituisse prædicat Galenus, ex ejusdem decreto 3. art. med. ad robur ægrotantis, & morbi qualitatem unicè respiciendum: quâ & humores laudabiles, atq; ad sanitatem facientes, producuntur, concepta nonnunquam intemperies, corporisq; vitiosus habitus, emendantur, ac vires mirificè sublevantur ac reficiuntur.

Avocandus autem ab iis est ægrotus, quæ continentem morbi causam, seu intemperiem viscerum cum infarctu, adaugere, & flatibus producendis materiam subministrare solent.

Fieri enim haudquaquam potest, quin causâ in infinitum multiplicatâ, pariter in infinitum & morbus crescat, & qualitatem tandem malignam, seu κακοήθειαν, Benedict. Victorius lib. 1. de morb. curandis cap. 14. fol. 90. & Rondoletius loco modò cit.

Aëris correctio.

Aër itaq; eligatur purus, serenus, odoribus gratissimis fragrans, ad humidum calidumq; vergens, non nimium tamen æstuosus, qui exurendo sanguinem humores adustos adaugeat, neq; justo plus udus ac madidus,

vel

vel corpori gradum quendam putredinis affricans.

Conclavia, situ & uligine obducta, sunt vitanda, uti & Austrum occasumq; spectantia: quæ verò Aquilone & Euro aspirantibus pervia sunt, quæq; apertione fenestrarum subinde expurgare licet, amplexanda.

Quin & locorum mutatio, cumprimis ubi quædam ægroto suspecta vel adversa cognoveris, aut quæ tristitiæ, vel destillationum ansam præbere possunt, plurimum emolumenti confert, quâ solâ etiam diuturni alioquin & graves morbi frequenter sanari solent.

Cibus sit euchymus, alimentosus, flatuum exors, à mediocritate nonnihil ad teporem & caliditatem exorbitans, non qui lentore suo ac viscid itate, multò minus siccitate, (Cavenda namq; sunt ex præcepto Hollerii lib. 1. de morb. int. cap. 14. tàm alimenta, quàm medicamenta sicca:) aut crassicie ductus viscerum, internosq; meatus, & villamenta obturare, vel calore suo excedente atram bilem præ- Cibus.

assatam exacuere, indeq́ graviora mala concitare possunt. Fernel. consil. 45. Quandoq́ tamen, ex Hippocratis oraculo 2. aph. 38. cibus & potus paulò pejor, sed suavior, meliori quidem sed ingrato, præferendus est.

Jurulenta.] Jurulenta omnia in modica quantitate utilitatem non mediocrem afferunt: Ubertim verò assumta fluctuationem & cruditates efficiunt: Rondolet. l. cit. præsertim ex vino, cerevisia, lacte, cremora cannabis, & leguminibus, conflata. In adsuetis tamen ex hordeo vel avenæ cremore, caponum gallinarum, aut juvencorum brodio, aut similibus effingi possunt: quibus accensentur sorbitiones ex animalium carnibus contusis, vel quibus moderatè refrigerantia germina, Endiviæ hortensis, Acetosæ, Buglossi utriusq́ cum floribus, Portulacæ, Cichorii sativi, Asparagorum, & id genus, sunt incocta: uti & hordeum depilatum, & Oryza elota, brodio capi diluta.

Ptisana hordeacea. Nutrit etiam, humectat, acrimoniam humorum obtundit, & calorem visce-

viscerum mitigat, ex integro hordeo benè cocto, & contuso, expressus per setaceum succus, & cum jusculo pulli, vel lacte Amygdalino bullitus, adjecto Sacharo Rosaceo, vel manus christi confectione.

Utilitatis etiam haud infimæ est pulmentum ex farina hordei, aut avenæ, in jusculis, herbis prædictis alteratis, addito nonnunquam succo, ex carne armi vervecini, vel capi semiassi, expresso.

Licebit & aliquando vitellum ovi, aut ovum integrum, in jusculo, vel Aqua hordei, aut sero caprino recenti, Vernâ præsertim tempestate, dissolvere, & eidem nonnunquam Sachari Canarii momentum, vel Rhodostagma, aut Rotulas exinde paratas, modò etiam tantillum vini, Succi Agrestæ, vel Aceti Garyophyllati, aut passulati, addere.

Carnes tàm animalium, quàm piscium, non sint vetustæ, virosæ, duræ, præpingues, diu asservatæ, frixæ, fumo induratæ, sale & aromatibus affluentes, aut aliorum calidiorum, ac Carnes ac pisces.

vapo-

vaporosorum, ceu Allii, Raphani, Cæparum, & similium, mixturâ paratæ: uti sunt Suillæ, hircinæ, caprinæ, bubulæ, (quæ ex testimonio Hippocr. 2. de rat. vict. in acut. 9. & Galeni 1. de differ. sympt. cap. 1. melancholica proritant pathemata:) Cervinæ, leporinæ (has enim damnat Galenus 3. de loc. affect. 7.) & aprugnæ diutius esitatæ.

Salis & salitorum usus noxius.

Et quia Sal, Galeno 6. de simpl. med. facult. c. 26. perhibente, constringere, ac densare natus, ideoq; frigidâ & siccâ qualitate præditus est: ob id jure merito salitis copiosè utentes carnibus ex continuo usu, vel ad melancholicos deducuntur affectus, vel in simili intemperie conservantur.

His adnumerantur Anates, Anseres domestici & sylvestres, Galli veterani, Columbæ infarctæ, petasones, capita animalium cum intestinis, ac pedibus, quovis modo parata, farcimina, jecinora, Ubera, & quævis alia, butyro frixa. Aëtius tamen lib. 2. serm. 2. cap. 10. Ventriculum, & pedes suillos innoxios judicat.

Ex piscium albo rejiciuntur Carpioes, Anguillæ, Cochleæ, Aselli, halecs, & id genus marini, vel lacustres, umo aut aëre indurati, sale muriave dservati, butyro aut oleo frixi, cæs & Raphano sylvestri cocti, vel aomatibus supra modum conditi: Oines enim carnem vel duram, molusculam, vitiosam, pravisucci, aut xcrementitiam poßident.

Ad hos referuntur Thynni, balee, sturiones, ac similes marini, qui b ætatem provectiorem, ac maris inemperantiam, carnes obtinent siccas, iscosas, & induratas, & quæ in huorem promptißimè vertuntur Meancholicum. Benedict. Victor. parte 1. ract. magnæ c. 14.

Repudiantur & ova frixa, lac niium, & non coctum, melle ac Sachao affluentia, propter inflationem Lieis, dulcia penè omnia: pistorium, & actarium genus omne: Castaneæ: Cyonia: mala: quodvis leguminum geus: Braßica seßilis muriâ condita, & mbriata, quæ, Platero teste fol. tra. 2. 58. vel sola Melancholicum succum, & ipsius

& ipsius effectus, ob nitrositatem, a partium terrenarum copiam, fovere creditur, nisi tenera sit, & artificiose cocta: panis azymus: caseus vetustus, putrisq; & fructus horarii, præter Cerasa nigra, penè universi.

Cibi laudabiles. Carnes.

Quæ verò hoc in affectu emolumento esse possunt Cibaria, sunt: Carnes agnorum, hædorum, juvenci bene pasti, capreolorum, mutonum, pullorum, gallinarum nostratium, & Numanticarum, Caponum, Perdicum, Turdorum, Phasianorum, Sternarum, Turturum, & quæ Platero tract. 3. fol. 157. à proprietate valere creduntur, Accipitris, ac Noctuarum, nidos jam deserentium. Plerasq; tamen non nimium pingues, neq; duræ substantiæ, sed friabiles, esse decet, quæque Rosaceâ aspergine nonnunquam madefieri possunt.

Inter pisces admittuntur mediocres, minuti, saxatiles, & qui teneris præditi sunt carnibus, in jure convenienti, aut vino odorifero cocti. Huc referre licet Gobios fluviales, Trutas, mediocris census Lucios, Alburnos,

burnos, Erinaceum marinum, qui, Aëtio teste, plurimum confert ad saporis gratiam: nec non Gammaros, & Cancros fluviales, in aqua hordei, Cicerum, aut Ervorum elixos.

Valent & ova gallinarum recens enixa, alimentum, teste Victorio Favent. pract. magn. lib. 1. cap. 14. producentia optimum: nec non Aviculæ memorales. Minus enim sunt excrementitiæ, ac magis fatigantur, succumq; gignunt imputrem, diu asservandum, ac domesticis longè meliorem: Galenus 9. de alimentor. facult. cap. 18.

Laudantur & pulmenta ex Amygdalarum dulcium contuso, cum Passulis Corinthiacis, quæ totâ sui substantiâ jecori familiares sunt, moderataq; adstrictione istud roborant. Pulmenta.

Ex Oleribus insigne præstant emolumentum Buglossum utrumq; cum floribus & radicibus, Lactuca, Portulaca, Endivia, Spinachia, Cerefolium, Cichorium sativum, Caules Cinaræ, Melissophyllum, Asparagi Sturiones, Baucia, ac Cichorii radices. Herbis istis æstate, autumno, ac primo Vere, in Germina.

acetatis tàm coctis, quàm crudis, licebit frui.

Fructus. *Quibus ex fructibus addantur Pruna Damascena: Amarenæ: Cerasa nigricantia recentia, & retorrida: Passulæ Corinthiacæ: Cappares majores, cum triente Passularum, nec non Sachari soluti, ac Cinamomi, pauxillo aceto prius immaceratæ: Hollerius lib. 1. de morb. int. cap. 40. Uvæ passæ: ficus pingues, in principio pastus ad leniendam alvum exhibitæ, Leonius Art. med. l. 2. cap. 8. Mora nigra maturâ: Uvæ maturæ: Poma Borstorfiana, acidodulcia, quæ quovis modo instructa in hoc morbo, teste Platero tomo 2. folio 158. in usus assurgunt humanos, & non tàm alimenti, quàm medicamenti, vicem gerunt: Rondoletius meth. cur. lib. 1. cap. 42: Pyra subacida, succi plena; Mala punica dulcia; Amygdalæ, Jujubæ: Pistacia: Pineæ Sacharo incrustatæ: tandem etiam ex Amygdalis dulcibus, vel seminibus Melonum excort. contusis, & cum Sacharo subactis, formata panis dulciarie massa.*

Em-

Embammata, sive intinctus, & acetaria comparentur ex foliis Nasturtii hyemalis, Cochleariæ, Acetosæ, & Acetosellæ recentibus, cum aceto elictâ: haudquaquam autem de Raphano, Erucâ, rapis rubentibus, aut cucumeribus muriâ conditis. Intinctus.

Commodant & succi Citri, Granatorum, Malorum Aureorum, acidodulcium communium, Baccarum Ribis, Cynosbati, Cydoniorum, & Pirorum moschum redolentium, inspissati: vel qui ex Petroselini, Cerefolii majoris, Fœniculi, Tragi, & germinantis tritici foliis exprimuntur: quorum molestus acor Sacharo, aut Vino, mitigari poterit.

Panis conficiatur ex farinâ purâ, nec vitiis frugum inquinatâ, non ex seminibus Cerealibus, aut leguminibus: sed probè sit fermentatus, modice salitus, ex duabus portionibus farinæ triticeæ, & unâ Secalinæ, conflatus, semine Carvi, & macis tantillo, conditus, rectéq; coctus. Panis.

Carnes elixæ potius esitentur, quàm assæ, nisi humiditas ipsarum ex- cedens, ceu in Agninis, hædinis, Vitulinis, obstiterit.

Semper etiam ex Dom. Leonii Ar. med. sect. 1. l. 2. c. 8. admonitione, in c bis variandis ægri dispositio attenden- da, eò quod non omnes ad quosvis c bos æque sint comparati: nec unquam in vasis æneis ipsorum coctio conceden- da: Intestinis, enim, ex Cratonis lib. Consil. fol. 73. documento, membris naturalibus universis, hæc parandi ra- tio maximè damnosa est.

Verus Aceti usus.

Aëtius lib. 2. part. 2. cap. 10. cum Paulo, contra Hippocratem, qui li- bro de Regimine acutorum, textu 38 inquit: Aceto τὰ μέλαιναι ζυμοῦται καὶ μετεωρίζεται, καὶ πολυπλασιοῦται *& Galenum in commento, nec non simpl. med. facult. 31. ac 3. de vict. rat 39. Acetum humoribus Melancholicis conterendis prodesse statuit: Ideoq post singulos pastus, sub ingressum lecti exhibet Acetum Vini acerrimum cochlearis mensurâ: quin & pleraq obsonia Aceto tincta conditaq; mini- strat.*

Est

Est enim Acetum, ut erat Averrois 7. collect. 31. sententia, Lieni amicum, & conveniens: eò quod morbi Lienis à craßis producantur humoribus, unde extenuatione indigere videntur. Adhæc humor ille, quo nutritur Lien, Aceto sapore non dißimilis est. Præterea, Avicen. primâ fen. tertii tract. 4. cap. 20. autore, non tantum medicamentis vehiculum præstat Acetum, sed & in morbis, ab adustis, vel atris humoribus, aut à Liene, provenientibus, commendatur. Haud itaque præter rationem fuerit, Acetum indidem usurpasse, atque ex Herculani decreto, comment. in 9. Rhazis, cap. 16. Acetum squilliticum, ad humorum craßiciem & viscositatem reprimendam, putredinemque febrilem, si qua adfuerit, compescendam, communi addidisse: Cui nonnunquam Acetum passulatum, vel Oxysacharum squilliticam dilutiorem, non incommodè substituere licet, aut folia Juæ Artheticæ, passulas, & Radices Buglosi, in eodem infundere.

Atqui parcius, nec nisi ad saporis

gratiam, & in biliosis potius, quàm pituitosis, isto utendum esse ratio suadet, ne succus Melancholicus exuberans ab adore nimio fermentetur, tumor Lienis adaugeatur, vel ad Oxyregmiam (quod vitii genus Hipp. de rat. victus in acutis Aceto tribuit) via sternatur. Hol. de mor. int. l. 1. c. 17. Heur. l. 2. meth. ad praxin c. 19. Ideoq; frequenter evenit, ut Aceti usu Quartanæ sæpius producantur, frigore, siccitate, & adstrictione ipsas fovendo, & viscera insigniter feriendo.

Aceto morbi sæpè producuntur.

In potus electione consuetudini aliquid tribuendum in illis, quibus Cerevisia, aut vinum, magis arridet. Vinum enim tenuius, album, maturum, limpidum, defecatum, subausterum, os Ventriculi nonnihil corrugans, roboransq;, diluti coloris, ceu Rhenanum, Neccarinum, & subadstringens, aut, si viribus pollere videatur, satis dilutum, moderateq; sumtum, eò quod, exhilarando prosit, à nemine improbatur.

Quod autem vaporosum, rubeum, crassum, ac vetustum, ideoq; caput feriens,

riens, vel æstum interiorum, ac triciam accumulans, modus omnibus ejiciendum.

Idipsum etiam de Cerevisiâ statuendum.

Nonnulli vina generosa injectione & maceratione foliorum & florum Buglossi utriusq;, Acetosæ, Melissæ, Carduibenedicti, Feniculi, quandoq; etiam Pimpinellæ Italicæ recentium, sub æstatem corrigunt.

Rulando in Centur. curat. part. 1. fol. 10. ac 13. commendatur Vinum decoctionis aut infusionis Florum & Radicum Buglossi, cujus frequenti usurpatione humores adusti per urinam eliciuntur, ac Cerebrum, unà cum Corde, fumis Melancholicis infectum, ad pristinam temperiem reducitur. Vinum Buglossatum.

Camerarius prædictis radicibus Basilicon addit in herbar. super Matthiolum fol. 165. b.

Quercetanus iis, quibus crasso sanguine corpus perfunditur, Vinum Epithymi, Ceterach, Tamarisci, & Squilliticum commendat in Polyhistorico.

Diæt. fol. 477. & in pharm. dogmatic. restit. cap. 9.

Platero arridet, Melissatum, Solopendrites, ac Cydoniatum. Solenander l. 1. consil. 10. exemplo Dioscoridis lib. 5. de re medicâ, plurimum attribuit Vino Absynthiti Vindemiæ tempore facto, quod conflatur ex Absynthii aromatici partibus quatuor, Radic. Buglossi parte una, & foliorum Senæ parte dimidiâ. Exhibetur mane jejuno Ventriculo, duabus vel tribus ante pastum horis.

Non desunt, quibus Vinum, aut succus Pomorum acidodulcium, agno fuit emolumento, nec non Vinum ex ligno Fœniculato, vel Sassafrato, quod hunc in modum conflatur.

Vinum Sassafratum.

℞. Rasuræ ligni Sassafras odoratissimi Unc. ij. Ligni Rhodii unc. j. Rad. Chinæ non cariosæ, Buglossi Italici ana drach. x. Garyophyllatæ, Glycyrrhizæ, an. dr. vj. Flor. Buglossi, Garyophyllorum hortensium ana man. iß: Fol. Scolopendriæ, Melissæ ana man. j: Sandal. Citr. Cinanomi opt. ana unc. dim. Obiter confracta

fracta injiciantur Amphoræ Vini Rhenani recentis dim. pro maceratione.

Potus quotidiani vicem supplere potest hæc Decoctio:

℞. Rad. Chinæ opt. unc. iſ: Buglossi, Schorzoneræ ana unc. j. Glycyrrhizæ dr. vj. Sandali albi, Cinamomi, ana unc. dim. Flor. Buglossi man. j. Passularum lib. dim. Aquæ hordei mensuras x: Comminuta in vase vitreo, probè obsignato, ebulliant ad casum tertiæ partis: Colaturæ, per manicam aliquoties transmissæ, condimenti gratiâ adde Syrupi de Canellâ, vel Tincturæ florum Garyophyllorum q. suff. **Potus ex China.**

Solenand. sect. 2. consil. 7. in ardore stomachi nimio, pro vino aquæ purissimæ incoquit Cerasa resiccata, vel grana Ribes, aut succum Granatorum aquâ diluit.

Neq. ingratus est usus Hydromelitis Aëtii Tetrab. 2. tract. 1. cap. 138. ex pomorũ redolentium succo comparati. **Hydromel.**

Eidem Aëtio Tetrab. 2. serm. 2. c. 10. & Platero, nec non Senatui Medico- **Serum lactis.**

 rum Italorum universo, in hisce affectibus eximiè probatur usus Seri lactis recentis vel Bubuli, Caprini, aut Asinini, per cocturam à partibus casei terrestribus sequestrati, eò quod facultate extergendi, & alvum subducendi, non contemnendâ polleat.

Potus inter cibum non acervatim, neque copiosè detur. Largior enim, Aëtio l. cit. docente, fluctuationes cibi in Ventre, rugitus, & cruditates, quibus hypochondria molestantur, excitare consuevit. Pro sitis mitigatione satius est, exemplo Rondoletii, ac Solenandrii, quandoq; pomi assati portiunculam assumsisse, aut aquæ modicum incipiente coctione hausisse, quo vaporum ascensum, & humorum ὑπερόπτωσιν impendiri multis persuasum est.

Pro roborando Ventriculo, & vapores, ne ad caput ab inferioribus confertim decurrant, properentvé, cohibendo, semper in fine pastus Diacymosbatum, Sacharo paratum, aut hoc Tragema usurpetur, omnisq; assumto isto potus interdicatur:

℞. Pu-

℞. Pulu.Sem.Coriandror.præp. drach. ij. Coralli rub. præp. Calami aromat. Cinamomi inter. opt. ana drach. j. Ligni aloes opt. Macis ana drach.dimid. Nuc. mosch. Mastiches, ana scr.ij.Succini albi præp. scrup. j. Carnium Cydoniorum, & mali Citrii siccat.ana drach.iij.Sem. Melissæ drach.dim.Carui, Anisi ana scr. iiſ. Ad unguem triturata cum Sachari albiſſ. ad pondus specierum, deducantur in formam Tragematis.

Discutit & flatus hæc Solenandri Tragæa, alternis diebus, nec non ante vel post pastum, Cochlearis dimidii mensurâ, assumta.

℞. Sem.Coriandror.præp.dr.vj: Anisi,Fæniculi ana drac.j. Rosarum rub. Ventriculorum gallinarum præp. ana unc.iij. Corall. rub.præp. dr. iiſ. Cinamomi opt. sesquidrachmam Ligni aloes scr.j. Panis biscocti dr.vj: Carnis Cydoniorum unc.j. Soluti Margaritarum sc. ij: Sachari Rosati tabulati, vel confectionis manuschr. in Rotulis unc.ij. f. Pulvis.

Erastus

 Erastus pulverem hunc sic format;

℞. Sem. Coriandror. præp. dr. iij: Fæniculi, Anisi ana drach. j: Cinamomi, Garyophyllorum ana scrup. iiij: Macis. Ligni aloes ana scr. iiß. Pellicularum Stomachor. gallin. præp. drach. j: Ex mixtis conficiatur Tragæa.

Aëtius lib. 2. serm. 2. cap. 10. unà cum cibo hunc pulverem Pepticum Cochlearis mensurâ in flatuum exuberantiâ commendat:

R. Squillæ, assaturâ præparatæ, unc. j: Panis biscocti, Salis Ammoniaci ana unc. v: Semin. Anisi, Fæniculi, Thymi, Petroselini, Sinonis, Zinziberis ana unc. dimid. subtilissimè triturentur.

Ambræ usus in Pepticis.

Frequens nonnullis pro Peptico est Ambræ usus, Electuariis, vel Morsulis, hunc in modum admixtæ.

℞. Ol. Nucis myrist. express. dr. dimid. Succini albi præp. scr. ij: Ambræ Orient. gr. viij: Moschi gr. iv. Sachari alb. succo Cydoniorum soluti unc. iiij: fiat Confectio in Morsulis.

Quæ

Quæ in hunc usum ministrari consueverunt Pira, mala Cydonia, & id genus, rejiciantur, eò quod coctionem difficulter admittant, & flatus copiosos generent. Rondoletius lib. 1. meth. curandi morbos, cap. 42.

Somnus & Vigilia.

Somnus diurnus evitandus, nocturnus verò mediocris, ceu corpus humectans, mentemq; reficiens, admittendus est. Non statim assumto cibo tamen capessendus, nec supinus, sed in alterutrum latus facto decubitu.

Quibus Epar calidius obvenit, his dextri lateris decubitus insalubris est, nisi minutus admodum fuerit, & consuetudine confirmatus.

Pariter & Vigilias, &, quæ illas consequuntur, animi perturbationes, caveat huic morbo expositus: eò quod spiritus, ex vigiliis supra modum defatigati, effervescunt, atq; impensius excalfacti corporis humores, simili adauctâ intemperie, exurunt, morbumq; fovent.

Sin vero somnus minus invitet, exhibitis soporiferis, vel exterius admotis, ceu lotionibus pedum, linimentis, & aliis, erit conciliandus.

Corporis motiones.

Validior, ac citatior corporis motus, palpitationem inducens, & humores nimium resiccans, vel exacuens, repudiandus est. Gravem autem post cibum subire laborem nunquam expedit, eo quod succis crudioribus corpus repleat. Sub auroram, cumprimis accessionibus urgentibus, corporis extrema leviter sunt exercenda, & interdiu ante pastum moderatis deambulationibus, aliisvé operibus, calor nativus excitandus est, & promovendus.

Balnea.

Apprimè verò utilia sunt Balnea Aquæ dulcis, fluvialis aut pluviæ, quando jam morbus inclinare, ac de ferociâ suâ remittere videbitur, omniaq; symptomata mitius agunt, maxime sub finem hyemis, in quibus jejunus diu commorari, & ex Fernelii admonitione consil: 44. per decennium, aut amplius, iisdem immorari potest.

Evacuationes naturales.

Alvus quotidie facilis sit & benevola, atque omnes excretiones natura-

nurales decenter ut fiant, procurandum.

Ex Hippocratis sententiâ 6. aph. 47. in futurum solitus incidere hypochondriacam purgandus est: Benedict. Victor. Favent l. jam alleg. vomat longioribus intervallis etiam à cibo, teste Aëtio lib. 2. serm. 2. cap. 10. sub finem, cumprimis ubi perspectum fuerit, quod in Ventriculo cibus corrumpatur, & acetositatis quædam vestigia in faucibus appareant. Nam licet quævis corrupta concoctio sit perniciosa, maximè tamen id præstat, & insigni cum noxa conjuncta esse solet illa, quæ nidorem acetosum de se promit. Non tamen validis res est expedienda Emeticis, eò quod ærumnas haud leves ventri ac stomacho, jam antea satis afflicto, concilient.

Purgationes anniversariæ præservantes.

Vomitus.

Nidores Acetosi pessimæ concoctionis signũ exhibent.

Post vomitum parum, aut nihil, cibi indulgendum, sed Electuariis aromaticis, atq; ad justam coctionem facientibus os ventriculi muniendum. Leonius de cur. mor. sect. 1. lib. 2. cap. 8. fol. 99.

In

Veneris exercitia.

In quavis etiam hypochondriacæ, ac Melancholiæ specie opera charitatis fugienda sunt, & iis quidem cumprimis, qui temperamento præditi sunt sicciori, nisi quandoque ex vaporibus, è semine retento & corrupto elevatis, caput nimium turbetur, ac turgens materia sæviat. Avicenn. prima fen. tertii, tract. 2. cap. 20. Leonius l. cit.

Jejunium ac sudor.

Sic jejunium, ex Rhazis commonefactione tantum in hisce affectibus incommodi parit, atque repletio nimia.

Avicenna etiam, & unâ cum ipso Savanorola, folio praxeos magnæ 64. ab hoc negocio excludit sudores, ne subtilioris materiæ resiccatio promoveatur.

Animi pathemata.

Animi affectus, à nullâ causâ manifestâ prodeuntes, certis argumentis sunt eximendi: negocia ardua, & curæ mordaces fugiendæ, vivendum hilarius, omnis tristiciæ & iracundiæ occasio rescindenda, jucunda sensibus offerenda, animo post pastum tranquillitas imperanda, in omnibus denique ægrotus ad moderationem revocandus.

Et

Et hæc de victus ratione, sine quâ nihil, quod laudem mereatur, in huius affectus præservatione, & curatione, teste Solenandro consil. med. sect. 2. cons. 7. peragi potest.

DE THERAPIA.

Quæ in usu medicamentorum primò consurgit Indicatio, in eo versatur, ut sanguis iste lutulentus, tartareus, & materia adusta in tubulis Mesaræi per σωναθρυσμόν congesta, vel per sanguinis missionem, aut vomitum provocantia, vel per obstructiones exsolventia, naturamq; ad excretionem sollicitantia, evocetur. Curatio quibus absolvatur.

DE CHIRURGIA.

Sanguinis detractio ex Venæ portæ ramis in podice saluberrima est, iisq; vel vi, vel arte, ceu incisione, glandibus acribus, aut sanguisugarum admotu, adapertis. Sanguinis missio per hæmorrhoidas.

Reliquas verò cutaneas Venas incidere, nisi plethora, vel sanguis contaminatus, aut cohibita quædam ex consuetis evacuatio, id suaserit, supervacaneum: idq; ob debilitatem virtutis, Per sectã Venam.

ac spirituum, sanguinis benignioris penuriam nimiam, & exiccationem insequentem. Platerus tract praxeos 2. fol. 136. & Savanorola practicæ magnæ tract. 6. cap. 1. rubr. 11. F.

In hujus tamen commodâ administratione haudquaquam prætereundum, ad crassioris sanguinis effluvium satis amplam infligi debere plagam, partemq; vulnerandam ante sectionem prius aquâ tepente fovendam, ut fluxui aptior reddi, omnisq; remora dimoveri queat. Mercurialis c. de Melancholiâ.

Sanguine verò in toto exuberante primò omnium instituenda est diversio per sectionem Venæ cubiti, in latere fortius dolente: postmodum evacuatio per Saphenas, aut ex venâ, quæ ad pollicem pedis prorepit, tentanda.

Inferiorum enim harum Venarum incisionem suadere videtur pronior sanguinis crassi ad inferiora motus, nec non expeditior à partibus superioribus revulsio.

Usus tamen obtinuit, nisi locus doloris, vel aliud quidpiam, sigillatim

in

l dissuaserit, per consensum affectus
um Splene, ut aperiatur Vena bra-
bii, aut pedis sinistri: hac tamen ubi-
is cautione adhibitâ, ut ex documen-
o Rhazis attendatur, qualis Venâ se-
tâ sanguis profluat: Rubens enim ac
ubtilis sine morâ coërcendus, crassus
erò dimittendus erit, & quidem in
itis justâ copiâ, vel in istâ quantita-
e, quæ viribus respondere videbitur.

Sin verò caput sanguine copioso re-
letum esse deprehenderis, utique
rium, vel plurium, dierum à primâ
ctione intervallo, Cephalicam ape-
rire proficuum erit: cui incisioni ex re-
entiorum quorundam opinione, Ve-
arum nasi, aut frontis, incisio, sive
alpellis, aut sanguisugis admotis, ista
eragatur, respondere videtur: præ-
issâ, ad sanguinis crassiciem funden-
am, capitis, vel totius corporis, lotio-
e. Mercatus lib. 1. de mor. int. cur.
ap. 17. fol. 96.

Plethorâ non urgente, venæ incisio- Salvatellæ
i supersedendum, nisi præcautionis apertio.
ratiâ id fiat, vel quando sanguis ex
liquo viscere, ceu liene, vel Epate,

ad ipsum ventriculum, Venas Mes-raicas, aut Mesenterium, sit deriva-tus.

Quo in casu, revulsionis gratiâ, se-vando rectitudinem, interna uni-vel alterius brachii Vena, aut man-sinistræ Salvatella, est aperienda. F-restus lib. 10. observat. 118. folio 1-& 162.

Cucurbitæ natibus, aut cruribus affixæ.

Expeditum etiam præsidii genus debilioribus, citrà Virium jacturam præstant Cucurbitæ scarificatæ, na-bus, aut cruribus admotæ, quæ, vi-loris ac flammæ, non modo quicqu-tenuis fluxiq; humoris, ac spiritus, p-tes hypochondriis vicinas circumfu-dit, evocat: Sed & ex locis distant-ribus, penitioribusq; crassiorem sa-guinem trahit ac prolicit. Fernel-consil. 43.

Scarificationes surarum.

Erasto commendantur scarificati-nes surarum, admotâ simul unicu-suræ Cucurbitâ unâ atque alterâ, quidem cruribus aut frictione pr-exercitatis, vel post pedum lotion-incalescentibus.

De reliquis ad Chirurgiam facientem subsidiorum ingeniis, ceu frictionibus, ligaturis, lotionibus, & fonticulis paulò inferius tractabitur.

DE PHARMACIA.

Sanguine jam dimisso, vel derivato, ad indicatum tertium, seu Pharmaciam, animus dirigendus, in quâ rite adornandâ quinque sequentes Intentiones curativæ gnaviter sunt expendendæ: quarum prima versatur in humoris corrupti, vitiosique, intra primam corporis regionem hærentis, eductione, & hoc cumprimis, si impetu quodam moveatur, locis illis tenacius non adhærescat, non valdè lentus sit, aut crassus, neque ventriculi impuritas illum remoretur.

Intentiones curandi quinque.

Secunda, In viarum, per quas noxius humor derivandus est, & exhauriendus, medicamentumque decurrendum, nec non in humoris crassi ac lenti, per incisionem & attenuationem factâ, præparatione.

Tertia, in ejusdem evacuatione.

Quarta, in vaporum provenientium jugi discussione, eorundemque à capite, ac præcordiis, diversione.

Quinta, In membrorum mandan-tium confortatione, ac debilitatis seu languoris, in iisdem invalescentis, remotione.

I. Intentio.

Prima Intentio Clysteribus, vomitum cientibus, & exolventibus mitioribus, absolvitur.

Enematũ usus quando innoxius.

Clysterum usus in iis potissimum meretur locum, quibus vel ex coctionis errore in ventriculo aut intestinis, magna crudorum humorum accumulatur illuvies: aut quibus ex multa voracitate, ac ciborum minus conferentium, ingestione periculum metuendum: aut quibus tum vi purgationis, tum motu quodam Naturæ, humores vitiosi, è visceribus in intestina devoluti, inibi subsistunt, ac hærent: vel quibus, ex flatuum abundantiâ, viscera, & præcordia, comprimuntur.

Vomitus quam salubris.

Quæ impetu Ventriculi sursum fit rejectio iis cumprimis competit, quibus vel redundans humor sine sensu vel aliquo saltem cordis dolore, in os defluit, & frequenti expuitione redditur

ditur: Vel noxii humores Ventriculi tunicis inhærent: quibus in Mesenterio, cavis jecoris, aut locis vicinis, omnis generis superfluitates sunt coacervatæ: quosq; nausea, aut vomendi desiderium fatigare consuevit.

Remediorum, istorum materiæ inferius certa sedes est attributa.

Quæ primis corporis ductibus expediundis, & à saburrâ, sordiumq; illuvie, repurgandis, facultate medicamentorum fit exolutio, humoris conditioni non injuria est accommodanda. Humorũ ex prima corporis regione subtractio.

Facili id licet exequi negocio Electuario lenitivo de Manna: diluto Rhabarbari in decocto foliorum senæ, & Epythimi: Jure Alectorio solutivo: Aqua Benedicta Quercetani, cum Oxymelite helleborato Juliani: Syrupo de tribus infusionibus foliorum Senæ, aut Pomorum & Buglossi succo, cui folia Senæ sunt incocta: Extracto Panchymagogo: Catholico: Diacarthami, & aliis hujus farinæ, in jure gallinæ, vel carnium, aut alio quodam liquore idoneo, disturbatis.

Non parum sæpe fit, ut humorum, in hypochondriis delitescentium, ac redundantium, tanta sit craßicies, pigricies, lentor, ac renitentia, ut nisi curiosius præmolliantur, medicamentorum solventium actionem omnino respuant. Idcirco eosdem frenare, & per humectantia, attenuantiaq; evacuationi idoneos reddere, nec non, comparatâ meatuum libertate, Naturæ ; sub onere gementis, virtutem excitare convenit.

Quibus ex caufis humor Melancholicus fit preparandus.

Licet enim humor Melancholicus & adustus, qui primas in hac palæstrâ sibi vendicat partes, nullâ putredine sit inquinatus, nec eandem facile concipiat, ac ob id coctioni minus sit idoneus: præparatione tamen, & adæquatione decenti in curationis exordio prætermißâ, non minus à Catharticorum actione, quam Cancer à subsidiis, quæ digerendi & abstergendi vi pollent, sinistre ac perperam admotis, exacerbatur: Mercatus de morb. int. curat. fol. 96. E. vel terrestrior craßiorq; efficitur, ac propterea exclusioni & con-

& concoctioni ineptior redditur. Idem fol. 95. E.

Ad præparationem hoc Plateri Apozema in rem esse potest: Decocta præparantia.

℞. Rad. Graminis, Asparagi, Boraginis ana unc. unam: Liquiritiæ unc. dimid. Endiviæ, Cichorii, Polytrichi, Ceterach, Betonicæ ana man. j: Flor. Buglossi veri, Scabiosæ ana pug. j: Anthos pug. ß: Sem. quat. frig. major. Anisi ana dr. ij: Fœniculi dr. j: Fiat decoctio pro lib. j: cui adde succi Pomorum redolentium, Sapæ instar cocti, unc. iij. Cinamomi, parum pro condimento, Decoctum hoc sub auroram per aliquot dies usurpetur unciarum quatuor pondere.

Leonius folio praxeos 100. hunc Syrupum non vulgariter commendat:

℞. Rad. Cichorii, Fœniculi, Rusci, Asparagi, Polypodii ana unc. j: Epithymi, Cuscutæ, Scolopendriæ, hemionitidos ana unc. dimid. Amaraci, Pulegii, Hysopi, Serpilli, Melissophylli, Capillorum Ven. Absynthii, Fumariæ, ana man. dimid.

 Flor. Chamæmeli, Centaur. min. ana pug. iſ: Summitat. Chamædryos, Chamæpityos ana pug. j. Spicæ, Junci odorati ana drach. iſ: Sem. Dauci, Fæniculi, Aniſorum, Carduibenedict, Aſari ana drach. j. Paſſularum drach. x. Bulliant univerſa in Aquæ communis ſuff. quant. ad tertias: Decocti Colotrajecti libris iv. adde ſucci pomorum dulcium, Succi Boraginis ana lib. dimidiam. Iterum bulliant ad quintæ partis caſum, & pro conciliando odore grato addantur Cinamomi, Nucis moſch, Ligni aloes, Croci ana ſcrup. unum: Doſis ſint Unciæ duæ in jure pulli, vel ſero Caprino, vel in decocto meliſſophylli ac Boraginis.

Altimari Syrupus Anthypochondriacus.

Donatus Altimarus plurimos ab hypochondriacâ Melancholiâ liberatos hoc Syrupo vidit, quem etiam commendat Foreſtus lib. 10. obſervat. 18. in Scholio.

℞. Hyſopi, Sambuci, Serpilli, Betonicæ an. man. dim. Lupuli, Boraginis, Scolopendriæ, Fumariæ, Capillor. Ven. ana pug. j. Senæ, Epithymi ana

mi ana dr. iij. Pulegii, florum Chamæmeli, Centaur. min. ana pug. dimid. Chamædryos, Ivæ, ana pug. iſ: Junci odorati, Spicæ, Sem. Aniſi, Fæniculi, Aſari ana dr. j. Paſſularum, vinaceis detractis, ana unc. j: Paretur ex omnibus decoctum, cujus libris iiij adde ſucci Pomorum acidodulcium, Roſarum, Malorum punicorum acidorum ana libram dimid. Succi Boraginis, Fumariæ depurat. an. lib. j. Sachari q. ſ. pro Syrupo, aquâ Cinamomi condiendo: de quo capiatur Cyathus Unciarum trium, addendo ſimul parum Aquæ lupulorum, aut Fumariæ.

Optimum eſt & παρασκευαστικὸν, ante & poſt purgationem, Aëtio teſte, decoctum Pulegii, vel ſolius, vel adjectis floribus Centaurii minoris, aut, quem Hieron. Mercurialis, longè utiliſsimum cenſebat, ſuccus vel Cremor Abſynthii, ſero caprino dilutus. Aëtii præparatorium.

Neq; enim hæc flatum in ventre copioſum fieri, neq; alvum penitus reſiccari, permittunt, & coctionem haud infeliciter promovent.

Quod

Quod equidem nobis, cum præsenti ægrotantium salute, in frequenti est usu, qui, ad fastidium sublevandum, exemplo Quercetani, convenienti, adhibitâ in Baln. M. digestione & fermentatione, decocta ista paramus, aut simplicia brodio gallinæ insulso pari ratione incoquimus.

Decoctum raparum aridarum.

Decoctis istis ex censurâ Foresti subinde licet addere Syrupum de Byzantiis, ad infarctum Mesenterii excindendum: modò Syrupum de Menthâ, vel Absynthio, ob ventriculum: quandoq; de Pomis Borstorfianis (qui decocto Raparum exiccatarum dilutus, ac frequenter usurpatus, non modò insigniter roborat, & succo atrabilario adversatur, verum etiam ob mediocrem, qua pollet, humiditatem, Epatis calorem retundit. Rapas tamen, ad flatulentiam deponendam probè elixare convenit: ita namq; paratum ex iis decoctum ad humectationem, abstersionem, & apertionem longè commodius est) vel Syr. de Boragine, aut Buglosso, ob cordis angustiam: modò de succo Cochleariæ, aut scolopendriâ,

vel

vel oxysacharâ Squilliticâ, ob Lienem.

Quin & hoc diligenter advertendum, quoties affectio hæc ob Splenis obstructionem, vel menses suppressos, invaluerit, ut hisce decoctis admisceantur infarctus expedientia, & aromaticam vim poßidentia ratione cujus partes internas, & viscera, corroborare poßint, ceu sunt Valeriana, Asarum, Cyperus, Spica, cum radicibus aperientibus. Id quod in aliis speciebus non tantoperè curandum. Canon.

Si per consensum ab Epate defluxerit, addendæ sunt species Diatrion Sandalon, ac Cichorium, vel succi ejusdem major quantitas. Quemadmodũ & in ventriculi sympathia Absynthium ac Mentham reliquis adjecisse, nihil è re magis fuerit.

Delicatis Aquæ simplicium dictorum stillatitiæ, vel extracta, aut Essentiæ & magisteria, Fecula radicis Aronis, Tartarus Vitriolatus, Solutum Tartari, hydromelita & oxymelita composita, pulveres aut conservæ, in brodiis gallinarum, aut vino aromatico, soluta, offerri possunt. Variæ digerentium formæ.

Dum

Enemata digerentibus inspersa maximè proficua.

Dum humoris vitio, ac materiæ digerendæ hunc in modum impenditur opera, conveniens admodum erit Enemata, emolliendi, flatus dißipandi, & ad ventrem evocandi facultate prædita, modicis intervallis, vel tertio quoquo die injecisse. Aët. Tetr. 2. serm. 2. cap. 10. Mercatus de morb. int. curat. loco sæpius alleg.

Diureticorum in digerentibus usus noxius.

Diuretica, quæ subtiliores partes educunt, craßioribus, quæ in Melancholiam convertuntur, relictis, ex Savanorolæ admonitione tract. 5. cap. 1. rubr. 11. suspecta esse debent: Imo cum insigniter sint acria, ideo in hoc affectu eadem planè excludenda esse censet Rondoletius meth. curat. morbos libro 1. cap. 42. Quæ tamen Aëtius lib. 2. serm. 2. cap. 10. fol. 276. admittit, sed non nisi exactißimè purgato corpore: Ex quorum grege sunt Asarum, Anisum, Glycyrrhiza, Aßparagus, Mercurialis, Petroselinum, Nardus, & id genus.

Ideoq; ex Capivaccii consilio, tutius erit intra cancellos consistere, & in discutiendo, urinamq; movendo, citra calorem insignem procedere. III.

Cum hypochondriaca affectio teste Rondoletio, meth. curandi morb. part. 1. cap. jam dicto, folio 117. a. remedia habeat propria, ac suas evacuationes, differentes ab aliarum specierum Melancholiæ purgationibus: Eapropter prudentissime consulit magnus ille Avenzoar, ne medicamenta vehementiora, μοχθηρὰ & quæ laboriosam subitamq; præstant evacuationem, quæq; membris naturalibus molestiam afferre possunt, in usum trahantur. Mercurialis cap. de Melanch. hypochondr. & Solenander sect. 3. consil. med. 19. semper enim Ventriculus in hoc morbo vel per consensum, aut ἰδιοπάθειαν, laborat. Rondolet. loc. cit. Erastus in consiliis: Ideoq; fortioribus medicamentis temere non est exasperandus, etiamsi morbi pervicacioris contumacia postulare videatur vehementiora.

Conditio purgantiũ medicamentorum qualis.

Ne igitur legitimæ expiationis metas excedere contingat, & in evacuando neq; fluctuans & incerta Juniorum formido, aut priscorum, ac pseudochymico-

Humorũ evacuandorum triplex ordo.

micorum nostrorum, temeraria audacia, locum sibi vendicent, triplici charactere humores evacuandos esse manifestos omnibus recto judicio præditis, constat, quorum singuli peculiarem in medicamento solvente conditionem, & administrandi rationem sibi vendicant.

Humor enim purgandus ex sanguinis proventu uberiori caloris abundantiâ, ac visceris alicujus intemperie fervidiori, originem ubi traxerit, in ambiguo utique nemini esse debet, quin violenter solventium usu præter modum perturbentur ægroti, exindeque succus Melancholicus haud vulgariter accumuletur. Quo sanè in casu clementius exolventia reliquis præferuntur, ac tali quidem usurpata quantitate, quæ & humores citra agitationem nimiam copiosè fundere, & ad morbi causam excindendam sufficere queant. Ideoq; modus omnibus cavendum, ne ex turbatione istâ corporis majus dispendium, quàm ex superficiariâ aut violentâ ista evacuatione emolumentum sperare liceat.

Sin

Sin vero, quod minimè rarum est, crassus ac terrenus humor, citra sanguinis, aut aliorum succorum, commercium, effervescentiamq́; in causâ fuerit, valentiora utiq; humoris indolis requirit exolventia, quæ tamen neq; vires supra modum fatigare, neq; corpus nimium conturbare nata sunt. Eapropter ex Hippocratis, libro de morbis, oraculo, minori dosi propinanda, ac frequentius repetenda sunt.

Corpore demq; jam contabescente, viribusq́; accidentium sævitiâ majori ex parte accisis, & adustione siccitateq́; enormi in humoribus contractâ, tunc non immerito solventibus blandioribus concedatur locus, copiosius tamen, quàm in primo casu assumtis, & hac potißimum lege, ne ad humorum agitationem vel minima præbeatur occasio.

Huic Canoni & sequentes adjungere licet:

1. Medicamenta solventia exiguo passu à benigniorum gradu recedant, tàm quoad occultas, quàm manifestas qualitates. Leonius sect, prima art.

 med. lib. 2. cap. 8. A fortioribus autem animus semper coërcendus, ne à corporis partibus remotioribus succi in Ventriculum, & vicina membra, copiosius deriventur. Crato lib. 2. consil. 10. fol. 161.

2. Eadem humectantibus, & quæ moderato calore Leptomeriam gerunt, perpetuò admixta esse debent. Leonius l. c. Heurnius l. 2. meth. ad praxin fol. 193. Ideoq; præstantiora sunt in formâ liquidâ concinnata solidioribus, Leonellus de med. morb. cap. 13. Squalidus enim hic succus à sicco remedio ægerrimè trahitur. Heurn. meth. med. ad prax. fol. 235. ac Ventre per se facili pilulæ rarissimè sunt exhibendæ Arculanus in 9. Rhaz. comment. cap. 16.

3. Neq; desint ipsis, quæ spiritus, & viscera principalia roborent. Heurnius loco modò allegato.

4. A validè siccantibus & calefacientibus cavendum. Solenandr. Iisdem enim morbus adaugetur, Platerus 2. tract. Praxeos fol. 187. & ne materia jam præparata in alvum citra laborem

rem excidat; obstaculo sunt. Heurnus lib. 2. meth. ad praxin cap. 19.

5. Purgationes, quæ materiæ, è venis propellendæ, inserviunt, per Eucrasin, ac certis intervallis, in mali diuturnitate, repetendæ sunt, facto sensim, ac per gradus, fortioris subsidii, præmissâ humoris digestione, augmento: Idque cumprimis in corpore, humoribus adustis diffluente, & quibus brevi temporis intervallo iidem rursus accumulantur.

Ubivis tamen & Naturæ impulsum, aut ῥοπὴν, & humoris superflui inclinationem, nec non meatuum constitutionem, advertendam esse ratio suadere videtur.

6. Ut reliqui morbi penè omnes, referente Platone in Timæo, certos suos sortiti sunt terminos. Ita etiam Melancholici ad sibi destinatos revocantur carceres, ad quos, teste Ficino, Platonis interprete, antequam perveniunt: si medicamentis, irritentur, acerbiores majori ex parte redduntur.

7. *Præparatio per Syrupos, & aquas stillatitias, humoribus attenuatis, & ad obstructas partes fluentibus graviores aßiduò molitur infarctus. Ægros enim ac naturam nimiopere fatigant, Ventriculum graviter ob[l]dunt, & concoctionem manifestè evertunt. Crato in Microtechne fol. 282. Quin & in solutivis Sacharum & mel copiosius admixta, bilescere faciunt humores, & purgationem v[...] turbant, aut proritant. Mercatus l. Capivaccius sect. de Melancholia.*

8. *In hujus mali curatione Naturæ interdum concedenda est remißi[o]. Videtur enim una cum purgationibus affligi, in quiete verò sese recolligere & morbos, jam antea attenuatos, su[...]perare. Aëtius Tetrab. 2. sect. 2. cap. 1[...]*

9. *In censu omnium succorum atra bilarius præparatione maximâ indiget, eaq; diuturnâ, ob contumaciam, quâ Naturæ ac remediis validißimis ægerrimè cedit. Quare hinc exortos morbos, ex Theodori Prisciani testimonio, Saturni filias Antiquitas indigitare solita est.*

10. Vicißitudo quædam ac permu-
tio purgantium semper est insti-
enda. Erastus in cons.

11. Myrobolani, licet in aliis
Melancholiæ speciebus non rejician-
r, in hoc tamen affectu, qui obstru-
ionis soboles est, minime probantur,
neque in suppreßis mensibus, aut
morrhoidibus. Omnes enim vi ad-
ictoria pollent, & adstringendo e-
cunt id, quod tenuius est, craßiori-
s partibus remanentibus. Unde
mmodior istis ad obstructionem ad-
gendam via sternitur. Rondolet.
. 1. meth. curat. cap. 42. Crato lib. 2.
nsil. fol. 91.

12. Expedit & vitare Aloen, &
usdem extractum, jecore morbo huic
crementum subministrante, & ma-
o interaneorum æstu urgente. Epati
im Aloen adversari ex Avicennæ
stimonio liquet. Hac commotus ra-
ne Rhazes, contra Aëtium, & Ruf-
m Ephesium, hieram picram da-
nat. At, quò minus simpliciter reji-
tur, non pauca dissuadent. Tutißi-
è namque in usum trahitur, quando

plurima flatuum copia urget, pituit-
in ventriculo copiosus est proventu-
neque viscera præter modum æstua-
conspiciuntur. Cum è contra intempe-
rie calidiori jecur possidente, & hum-
ribus nimio plus effervescentibus præ-
teriri possit. Hollerio tamen lib. 1. d-
morb. int. cap. 17. in Schol. adstipulan-
te, ex hieris illæ tantum huic affectu-
rectè adhibentur, quæ Veratrum, au-
Colocynthidem, recipiunt.

13. Improbatur à multis & Cas-
siæ, nec non compositionum, quas in-
greditur, usus, ut quæ flatus generet,
aut flatibus expositis tormina multa
procuret. Atqui, si quando, sub Cu-
rationis auspicium, minorantis loc-
usurpari debet, huic defectui mederi
licet admistione drachmæ dimidiæ
pulveris Sem. Anisi, vel ut Hieron.
Mercuriali placet, Elect. hieræ picræ,
vel, quod rectius est, Extracto Rha-
barbari, cum aliquot guttis olei Ani-
si, vel carui stillatitii.

14. Jecore impensius æstuante, ex
admonitione Capivaccii serum Capri-
num in decoctis nunquam non usur-
pandum.

15. Cir-

15. *Circa ultimam Lunæ quadraturam, cum amica Veneris configuratione, purgationes in hoc morbo vires semper felicius expediunt suas, quàm in aliis cœli locis. Fernel. consil. 45. Eandem tamen inimicis Saturni, Martis, aut Mercurii aspectibus minimè expositam, neque in signis Jovis, vel Tauro, Leone, & Aquario constitutam esse decet. Jupiter enim, virtutem retentricem confortando, minus facilem & expeditam humorum eductionem præstat. Franc. Hildeshem. Spicilegio 2. de Melancholia hypochondr. fol. 292.*

16. *Clysteres æger ubi recusaverit, ad finem usq; morbi singulis septimanis, evacuatione levi sollicitandus, ac semel in mense valentiori pharmaco alvus proritanda est. Ex Avic. Savanorola pract. magn. tract. 6. c. 1. rub. 11.*

17. *Post exhibita subsidia purgantia securißimum est, ut Epati refrigerantia propinentur. In horum tamen albo Capivaccius sero lactis primas defert: neq; ipsi displicent Aquæ B. Virginis, quibus Acidulæ nostræ respon-*

 dent, nisi corpora ac Ventriculi ad siccitatem nimio plus inclinarint.

18. Post fortium solutivorum usum, ne portiones medicamenti tunicis ventriculi adhærentes, læsionem, erosionem, aut alvi fluorem diuturniorem, concilient, ante pastum exhibeatur dilutum hordei, & cum aquâ saltem, non brodio carnium, paratum, addito Sacharo in quantitate sufficienti, vel brodium Pisorum, aut Cicerum nigrorum. Detur & pro roborando ventriculi orificio, ac detersione, iis cumprimis, qui ad vomitum sunt proclives, ptisano, somnoq; paulisper indulgeatur.

19. Inter unam atq; alteram purgationem & præparationem, curandum, ut corpus universum balneis, & fomentis humectetur, quibus & humoris peccantis frenatur inclementia [eiusdem reliquiæ conteruntur, & corpus humidius fluidiusq; redditur. Mercat. de morb. int. cur. lib. 1. cap. 17. fol. 99. A.

20. Ab omni evacuatione Malvæ semen, levissimè tritum, drachmarum

um duarum pondere, cum Aquæ cyn-bis tribus assumendum. Egregiam enim, teste Aëtio lib. 2. serm. 2. cap. 10. fol. 276. præstat operam, ideoq; sæpius illo utendum.

Inter Cathartica, seu exolventia, prima dos est Apozematum ac Syruporum, quæ tartareum, feculentum, durum, ac tenacem humorem colliquescere, emollire, attenuare, & incidere, dißipandoq; abstergere poßunt. Apozemata ac Syrupi.

Exemplo sit hoc Catholicum Quercetani fol. 152. pharmac. dogm.

℞. Rad. Polypodii querc. Sem. Carthami conquasſ. ana drach. X. Passularum, liquiritiæ ana drach. vi. Cort. fraxini, Tamarisci ana unc. simid. Prunorum Damascen. par. x. Folior. Fumariæ, Melissæ, Eupatorii Mesue, Lupuli, Agrimoniæ, Chamædryos, Chamæpityos, Capillor. omn. ana man. j. Fol. Centaur. min. hyperici, Genistæ, Tamarisci ana pug. iſ. Cordialium trium, Nymphеæ ana pug. j. Agarici Troch. nodulo excepti, hermodactylorum, Fibrarum rad. helleb. nigri veri ana

unc. dimid. Coquantur in ęquis partibus seri Caprini, & aquæ Pomorum redolentium vel fumariæ: In colaturâ depuratâ infunde Foliorum Senæ unc. iſ. Rhabarb. el. unc. dimid. Garyophyllorum, Cinamomi ana dr. j. Epithymi pug. j. Squinanthi dr. dim. Peractâ tandem expreſſione Colaturæ unciarum xvi. admiſce Syrupi Violacei plurimarum infuſionum. Oxymel. Juliani ana unc. ij. & fiat Apozema in quatuor Doſes, pro quatuor matutinis continuis aut alternis, ſecundùm operationis, ac virium, modulum.

Hieronymus Donzellinus Syrupum exolventem in hoc caſu ſic formabat:

℞. Foliorum Endiv. latifolia, Cichorii ana man. j. Capillor. Ven. Rutæ murariæ, Scolopendriæ, Lupulorum, Fumariæ ana man. dimid. Violariæ pug. j. Rad. Apii, Fænicu-li, Aſparagi ana unc. j. Polypodii unc. dimid. Sem. Carthami cont. drach. ij. Quat. frigid. majorum ana drach. j. Endiviæ, Cichorii ana

drach.

drach. dimidiam. hordei pug. j. Pruna dulcia num. VII. Florum cordialium omn. ana pug. ſ. Ebulliant in aqua Lupuli, & Bugloſſi ſuff. quant. In jure colato macerentur Foliorum Senæ unc. iſ. Zinzib. Cinamomi ana ſcrup. ij. Agarici Trochiſc. unc. dimid. Rhabarb. opt. drach. ij. Colaturæ expreſſæ iterum adde Sachari unc. iiij. Syr. Roſ. ſolut. unc. ij. Coquantur ad deſpumationem.

Hollerius hunc in modum parabat:

℞. Succorum Bugloſſi Boraginis depuratorum ana lib. ij. Succi Pomorum odoriferorum lib. iij. Foliorum Senæ unc. iiij. Sem. Aniſi, Fœniculi ana drach. ij. Sena infundatur per diem naturalem in ſuccis, deinde leviter bulliant, & cum Sachari albi librâ dimidiâ fiat Syrupus clarus, & aromatiſandus. Doſis unciæ ij. vel iij. cum Aquâ Bugloſſi, Lupuli, Fumariæ, Cuſcutæ, ac ſero lactis.

Solenander lib. 3. conſil. med. 19. fol. 272. miras hujus Apozematis vires in hiſce affectibus prædicat:

℞. Rad.

℞. Rad. Polypodii, Buglossi, Schorzoneræ ana unciam iſ. Cort. interior. luteorum rad. Frangulæ, Rad. Capparum, Piſtaciorum non rancidorum ana unc. dimid. Paſſularum mundat. pug. iſ: Ceterach. Capillor. Ven. Cichorii ſativi, Meliſſæ, Betonicæ, Agrimoniæ, Urticæ mortuæ ana man. j. Flor. Cordial. omn. ana pug. j. Cort. citri recent. dr. x. Ligni aloes, Cinamomi ana unc. dimid. Fol. Senæ dr. x. Epithymi dr. VI. Sem. Endiv. Portulacæ ana dr. iij. Aniſi dr. j. Ebulliant in ſuff. quant. aquæ, vel ſeri Caprini ad libras ij. quibus depuratis adde ſucci Pomorum dulcium unc. ij. Boraginis unc. iiij. Sachari quant. ſ. & fiat Syrupus dilutioris conſiſtentiæ, cui tenui ſerico illigata infunde Rhabarb. opt. drach. iij. Croci ſcr. dimid. Galliæ moſch. dr. dimid. & perfectè coctus Syrupus adſervetur in conditorio hyalino: de quo ſingulis auroris capiantur quaterna, aut quina, Cochlearia, jejuno ventriculo, vel ſola, vel cum jure carnis hædinæ,

Vitulinæ, vel ſero lactis caprini depurato, cui prius Borago, Bugloſſum, Cappares per loturam Salſugine ſpoliati, Uvæ paſſæ, & id genus, ſunt incocta.

Neq; abs re fuerit purgatoriam hujus Syrupi facultatem additione Rhabarbari, foliorum Senæ, Cort. rad. Helleb. nigri veri, Epithymi, Cremoris Tartari, & aliorum, quæ fieri juſſerit occaſio, intendiſſe.

Caput enim roborat, intemperies aliarum partium; licet admodum diſcrepantes, & oppoſitas, corrigendo, flatus diſcutiendo, tandem etiam feculentos & craſſos humores, conſtituentes, ac foventes hoc malum, leviter educendo.

Subſidiariam his præſtant operam Syrupus de Polypodio Matthioli apud Platerum tract. 2. fol. 139. vel Heurnii lib. 2. meth. ad praxin fol. 233. Syrupus de Helleboro nigro Theophraſti, vel Heurnii lib. 2. meth. fol. 213. Diaſereos Andernaci: de Rhabarbaro ſolutivus: de Tartaro ſolutivus: nec non de pomis cum Senâ Quercet.

pharm.

pharm. dog. 285. de Genistâ compositus ejusdem fol. 295. Helleboratus major, & minor ejusdem fol. 299. & consimiles.

Jus Alectorium.

A multis, peracto humorum idoneo apparatu, commendatur Decoctum Galli Veterani, & serum lactis, quæ non semel, sed iterum atq; iterum usurpentur. Talis namq; humoris Melancholici indoles est, ut, ratione multitudinis & craßiciei, à paucis non superetur medicamentis, imò quandoque, ut Platonis in Timæo erat sententia, tanto reddatur deterior, quò magis irritetur.

Jus Alectorium ad infarctus Lienis, Mesenterii, colicum dolorem, quartanam, & chronicos omnes affectus efficacißimum Quercetani, superius in obstructione Mesenterii notavimus.

Quod Augustanis in hypochondriacis familiare est.

℞. Rad. fæniculi, Asparagi ana unc. dimid. Polypodii unc. 1ſ. Schorzoneræ unc. j. Folior. Agrimoniæ, Ceterach ana man. j. Betonicę, Chamædryos,

[..]ędrios, Ivę arthet. ana man. ij. Sem. [C]arvi, Anisi ana dr: ij. Tartari Vini [a]lbi sesquiunc. Sem. carthami unc. j. [F]ol. Senæ Alexand. un. ij. Galangæ [Z]inz. an. dr. iſ. cinam. dr. j. comminu[t]a coquantur more usitato, prius [v]entre galli decrepiti excepta. Co[c]turæ admisceri potest Syrupus de [R]habarb. solut. Cremor Tartari, vel [a]lia, pro intentione medentis.

Qui refrigerandi & humectandi [i]ntentione indigent, hos declinante [v]ere, aut æstivo tempore, seri lactis [d]ecoctum summopere sublevare pot[e]st, hunc in modum concinnatum:

Serum lactis.

℞. Seri lactis Caprini libras iiij. [a]ut v: adde succi Limonum recentis [u]nc: iiij: Succi Pomorum redolen[ti]um noviter extract: unc: vj: Con[s]ervæ Rosarum, aut Violarum, vel [S]achari Tabarzet unciam: Cum o[v]i albumine uno atq; altero mixta, [a]dmoto igne clarificentur.

Mirandum enim in modum per [d]ies XV. aut amplius, ad pocula tria, [q]uatuor, aut plura, assumtum prode[r]it ad correctionem fervidæ intempe-

riei Epatis, ac totius Venosi generis, c[...] jus insigne erit everriculum, uti v[...] Clarißimus Theodorus Mayernius Tu[...] quetus, Galliæ Regis Medicus, in co[...] silio quodam loquitur.

Vina & clareta medicata. *In hanc classem referuntur Vina & Clareta medicata exolventia, ad su[...] ducendos humores crassos, serosos Tartareos, aut Melancholicos, magn[...] perè conferentia, ceu vinum Senæ, au[...] Rosarum purgans Quercetani pharm[...] dogm. fol. 205. & 211. Chalybeatum, & Catholicum ejusdem, quod*

℞. Rad. Polypodii querc. Me[...] chiocannæ, Sem. Carthami cont. a[...] na unc. j. Sem. fæniculi Anisorum a[...] na dr. iij. Cinamomi dr. iiſ. Caryo[...] phyllorum, Macis ana ſcr. iiij. Flor[...] Geniſtæ, Violarum ana unc. dimid[...] Hermodactylor. ver. dr. vj. Turbit[...] unc. dimid. Folior. Senæ unc. iij. Vi[...] ni albi boni q. ſ. Mixta in vaſe vitreo[...] perlutato macerentur ad calorem[...] lentum B. M. per quatriduum, au[...] amplius: Colaturæ, per manicam Hippocratis cum Sachari albi unc. vj. transfuſæ, capiantur unciæ binæ

vel

vel amplius, horis matutinis, quotidie vel alternis diebus continuando.

Est enim delicatioribus, & qui imbecilli sunt ventriculo, aliaq; purgantia citra vomitum admittere nequeunt, conveniens subsidium.

Hujus censûs est & hydromel Tartarisatum, quod hunc in modum elaboratur: Hydromel Tartarisatum.

℞. Aquæ pluviæ purissimæ, Majo, aut Junio mensibus collectæ libras xv. Tartari vini albi probè elori, & rudi modo contusi lib. iv. Ebulliant lento igne ad quartæ partis consumtionem: Quo facto iterum coquantur additis prius foliorum Senæ Alexandr. unciis viij. Radic. Cichorii, Schorzoneræ ana unc. ij. Fol. Melissæ, Fumariæ, Flor. Boraginis ana man. iv. Sem. anisi, fæniculi, ana unc. j. Flor. Violarum man. j. Stæchad. Arab. unc. dimid. omnibus prius obiter comminutis, ad sufficientiam coq. Colaturæ exstrictæ iterum addantur Mellis optimi lib. iv. Diuretici fixi unc. iij. peractâq;

P tertiâ

tertiâ vice ad justam hydromelit
consistentiam decoctione, ubi le
viter refrixerit, addatur fermen
tum, & ex Rosmarino, Menthâ, V
sco quercino, Rad. & Flor. Buglossi
Ros. rub. Cinamomo, Garyophy
lis, Croco, & Mace, pro libitu sum
tis, concinnetur Sacculus, qui in
fusus unâ fermentetur.

*Peracta demum fermentatione ju
stâ, & à fecibus separatione, in cell
frigidâ liquor asservetur, Usus huju
sit in obstructione alvi pertinaci a
cyathum unum, cum spiritus Tartar
guttis quinque.*

Solventes passulæ.

*Non ingratæ sunt & passulæ sol
ventes in hoc affectu.*

℞. Rad. Cichorii, Polypodii ana
unc. ij. Filicis, Urticæ, Rhapontic
ana unc. dimid. Liquiritiæ, Schorzo-
neræ ana drach. iij. Fol. Senę, Capill.
Ven. ana man. j. Betonicæ, Cuscutæ,
Fumariæ, Centaurii min. ana man.
iß. Sem. anisi, fœniculi. cort. citri ana
drach. ij. Flor. Buglossi utriusque
Violarum ana pug. 1. Cort. Tama-
risci, Capparum ana drach. iiß. Juiu-

rum, sebestem ana num. VII. Cari-
s pingues num. V. Coquantur in
uæ communis suff. quant. ad di-
idiæ partis casum: In Colatura
r noctem infusa macerentur cort.
l. helleb. nigri styr. præp. Folior.
næ s. stipit. unc. iiis. Agarici Tro-
isc. unc. dimid. Turbith. drach. ij.
m. Anisi drach. iij. Dauci drach. is.
nziberis drac. j. Cinamomi scr. ij.
emum factâ levi ebullitione co-
ntur cum expressione: Colaturæ
dantur passularum Corinthiaca-
m mundatarum libra una cum di-
idiâ, ac tandiu macerentur in va-
vitreo, probè obsignato, super a-
nam calentem, aut in loco tepido,
nec omnem Passulæ liquorem
nbiberint. Tandem additis Syru-
Rosati solutivi unciis IV. Spec.
iambræ sesquidrachma, Aquæ ci-
inomi modico, ac Tincturæ Ga-
ophyllorum sesquiuncia, Serven-
r ad usum pro condito.

Eundem etiam in modum Pruna *amascena, & Caricæ, prius leviter* *ctæ, deinde lento calore resiccatæ,* Pruna & Caricæ purgantes.

 solventem acquirere facultatem [...] sunt.

Solenander fol. consilior. 284. tan[...] lum Rhabarbari, cum modico Cina[...] mi & Passulis, devorandum præci[...] vel ubi nihil promoverit, paulò a[...] cibum drachmas tres, aut amplius [...] sequenti Electuario exhibet, qu[...] ventriculo & Epati amicum, obst[...] ctionibus moderatè succurrit, [...] Mesaraicis semper aliquid noxii [...] moris educit.

Electuariũ Solenandri exolvens.

℞. Pulpæ passularum, per c[...] brum transmissæ unc. ij. Pulpæ P[...] norũ dulc. dr. vi. Pul. Rhabarb. o[...] prius aliquot guttulis Olei Cinam[...] mi aspersis, Folior. Senæ compos [...] iij. Syr. Rosat. solut. q. s. pro Electua[...]

Pulparum dictarum sequenti a[...] cocto fiat extractio:

℞. Liquiritiæ rasæ, Sem. Anisi a[...] drach. ij. Ficus num. vii. Polypod[...] querc. dr. vi. Sem. Carthami con[...] unc. dim. fol. Senæ, unc. vi. fiat dec[...] ctio.

Eelctuariũ Donzellini purgãs.

Donzellino in consil. hoc probatur

℞. Conserv. flor. Cichorii un[...]

m iſ. Rhabarb. condit. unciam di-
d. Pul. ejuſdem ſcrup. ij. Senę Ale-
ndr. dr. ij. Spec. lætificant. Rhaſis
j. Sem. Aniſorum, Cinamomi
. ana ſcrup. dimid. Cum ſyr. de
abarb. cogantur omnia in Ele-
arii compagem, ſuperbibendo
pulli, vel Meliſſæ & Boraginis
coctum.

*Platerus ſingularem in hypochon-
acâ laudem tribuit Tripheræ de
ithymo Meſues, alternis diebus pro-
atæ: quam etiam extollere videtur
nedictus Victorius libro de morb.
rand. fol. 94. E. quæ tamen non pau-
ob Myrobalanos admixtos, ſuſpecta
detur.*

Triphera de Epithymo Meſues.

*Guainerius tract. praxeos 6. cap. 9.
ectuarium de lapide Armeno præpa-
o ſuavis operationis, ac ſine mole-
â ſolvens, ſpiritusq́; roborans, mi-
laudum preconiis ornat:*

Electuarũ Guainerii de lapide Armeno.

℞. Foliorum Chamædryos, Sco-
pendriæ, Capillor. Ven. Florum
oraginis, Violarum, Bugloſſi ana
an. j. Rad. Polypodii, Agarici ana
nc. ij. fol. Senæ ſeſquiunciá: Paſſu-

larum, liquirit. ana unc. j. Confra
in jure prunorũ ſaturato ebullia
In fine decoctions addendo E
thymi unc. duas cum dimidia : C
latura expreſſa adſervetur, & in il
coquantur ad ſypupi clarific
conſiſtentiam Sachari albi , lib
duæ, ita tamen, ut prius in eade
ſpecies ſequentes, nodulo except
excoquas, quæ ℞. Diagridii dr.
Macis drach. j. Ligni aloes , Sand
citr. cort. citri ana drach. dimid. M
ſchi ſcr. dimid. miſc. ad nodulum f
pius exprimas.

Tandem Syrupo perfectè cocto a miſce Caßiæ rec. tractæ , ac benè pi guis, libram , vel, ſi delicacius habe volueris medicamentum , Mannæ l bras tres , pulpæ prunorum inſpiſſat ac recens paratæ , Seſquilibram , pu rad. Ireos unc. tres , & fiat confecti in formâ Opiatâ. Sub finem pro quali bet librâ admiſcere licebit lapid. Ar meni præpar. vel, Magiſterii ejuſdem drachmas decem, aut pro libitu. Doſ uncia dimidia , vel amplius.

Neg

Neq; etiam ingrata est confectio Solenandri Sacharata in consil. sect. 2. nu 7. quæ

℞. Rhabarbari opt. sesquiunciam: Mechiocannæ albiss. drach. ij. Turbith albi & gum. drach. j. Cinamomi interioris acutissimi drac. ij. Sem. fœniculi, Anisi, Carui ana scrup. ij. Sachari albiss. aqua Rosarum defecati uncias XVI. Imminutis tessellatim incidendis fiat confectio, ita ut minuta quælibet segmenta Sachari cortice obducantur. Confectio Solenandri sacharata.

Ac licet hæc confectio Melancholicum proprie non elidat educatque succum, biliosa tamen, cruda, pituitosa, serosa, & plane corrupta, educit, qualia in pluribus affectum istum in hypochondriis generare, & fovere consueverunt.

Quæ Diatartari nomine veniunt, insignis quoq; sunt virtutis, & à Guainerio, Fioravanto, ac Phædrone, non abs re commendantur. Chymica purgantia.

Quibus addere licet Balsamum helleborinum Quercet. Tetrad. fol. 355.

Diahelleborum ejusdem pharm. dogm. fol. 334. ac Tincturam hellebori ejusdem: Rulandi spiritum Vitæ aureum: Extractum Esulæ ejusdem, cum sero lactis dilutum. Panchymagogum Crollii: Catholicum & Melanagogum Quercet. pharm. dog. fol. 724. Extractum Splenetitum majus & minus ejusdem f. 704. Extractum Centaurii in expugnandis morbis Tartareis insignis efficaciæ: Spiritum Tartari Crollii fol. Basil. Chym. 165. Vel Penotti in itiner. 246. Liquorem Tartari Lobelii in observat stirpium 355. Syrmesmum Senæ compositum Langii fol. Epistolarum 886. Tincturam Vitrioli Quercet. Tetrab. fol. 381. Antimonii panaceam fol. Tetrab. 400. Arcanum Tartari Hieronymi Rubei fol. 77. Magisterium Tartari Penotti, vel lapid. Lazuli fol. 285. Purgans ex Helleboro nigro specificum Crollii fol. Basil. Chym. 280. aliaq; ejusdem farinæ, quæ solers Medicorum adinvenit industria.

Clysterũ usus.

Sin autem pharmaco evacuanti locus minimè concedatur, & ventris adsit constipatio, rationibus ægroti optimè

mè consultum erit, ut vapores sursum vergentes Clysteribus revellantur: Ita namq; flatibus, ex præsenti adhuc cruditate genitis, via ad eruptionem parantur, magnaq; simul humoris peccantis contingit deiessio. Sin verò intestina penitus eosdem subire contigerit, tunc à Venis Mesaraicis majorem illuviei partem simul exhauriunt.

Longè verò salubriores sunt Cathartici, alternis diebus injecti, quæ alioquin laborantes, morbi diuturnitate fracti, fastidire solent.

Ex humidis lenientibus, & flatus dissipantibus sic formantur:

℞. Foliorum Malvæ, Brassicæ, Mercurialis ana man. j. Rad. Polypodii unc. j. Epithymi, Thymi, vel Cuscutæ ana pug. iss. Flor. Chamæmeli, Matricariæ, Anethi, Violarum aut pug. j. Furfuris modicum: Fiat decoctio: & in colaturæ quantitate decenti dissolvantur Mellis Anthosati, vel Violacei unc. j. Sachari rub. unc. dimid. hieræ picræ drach. ij. Ol. Chamæmelini, liliorum albor. ana

 fesquiunciam, Salisparum pro En-
mate.

*Haud segniter & hic Clyster a-
vum movet, flatus subnervat:*

℞. Sem. Carthami cont. unc. d-
mid. Fol. Senæ, Rad. Polypodii an-
unc. j. Flor. Chamæmeli Rom. Fo-
Anethi, Ibisci ana man. j. fiat o-
mnium decoctio, cujus libræ un-
admisce Elect. hieræ Logadii unc-
dimid. Mellis Violarum solut. unc
iij. misce.

*Si fortius evacuandum erit, de-
coctio simplicium fiat cum sero Capri-
lo, aut jure Gallinaceorum senescen-
tium, vel, quod ex mente Ludov-
Droëtii Scholiographus Hollerii ad ru-
ctus & fluctuantem aquam in Lien-
regione super caput 39. lib. 1. de morb-
int. insigniter commendat, Decocti-
capitis Vervecini: cui vel Aquam Be-
nedictam Rulandi, aut Quercetani,
vel mel Helleboratum, aut Ammonia-
ci contusi, acetove soluti, quantum
satis esse videbitur, addi potest.*

*Cumq́; usu jam pridem id mon-
strante, affectus hic mirè sit refracta-
rius,*

rius, ideo, ne gravius inde periculum emergat, aut molestiora pathemata invalescant, ex consilio Hieron. Capivaccii ad Veratrum album descendendum, quod non infusione modo, sed &, urgente necessitate, in substantiâ concedendum esse Galenus 1. ad Glauconem præcipiebat. Helleborismus.

Quo Capivaccius (& ante ipsum Rondoletius fol. 149 Hollerius de morb. int. lib. 5. c. 17. & Scholiographus eiusdem c. dicto fol. 151. Heurnius in meth. ad praxin fol. 210. Ludov. Mercatus de morb. int. curat. lib. 1. c. 17. Petrus Salius Diversus in annotat. super Altimarum cap. de rabic. caninâ & Platerus tract. 1. fol. 150.) non infusione modo, sed & in Clysteribus securißimè utebatur, Electuarium de Helleboro albo magistrale hoc pacto concinnatur:

Accipe virgultorum, seu racemorum hellebori albi libram, Aquæ communis libras iiij. fiat infusio per triduum, & ad dimidias, vel tertias, factâ decoctione, Colaturæ addãtur Mellis optime despumati libræ duæ, simulq; ad consistentiam Eclegmatis ebulliendo re- Electuarium de Helleboro albo magistrale Capivaccii.

 do reducantur, inq; vase vitreo adserventur.

Hoc medicamentum pluribus usurpare licet vicibus, potissimum autem in Clysteribus, pro affectibus hypochondriacis pertinacissimis expugnandis. Copiosissimè enim materias per alvum & vomitum, educit, ducto simul in consensum Ventriculo, evacuando & pituitam, & alios, qui causa fuerunt infarctus, humores.

Ratio in Clysteribus eodem utendi hæc est:

℞. Fol. Senæ, Epithymi ana unc. dimid. Cort. Rad. Hellebori nigri drach. ij. Furfurum, Malvarum ana man. dimid. Aquæ libras tres: Coquantur ad partium duarum consumtionem: Colaturę expressæ unc. VIII. adde Olei communis unc. iij. Salis communis dr. dimid. Elect. ex Helleboro albo jam præscripti uncias duas cum dimid. Misce pro Clystere, quod per intervalla infusum, etiam contumacissimas dissipat Melancholias.

Non-

Nonnunquam & moram trahente malo ad vomitus procurationem in adsuetis deveniendum esse ratio docet. Quos enim non sanat purgatio, sæpè Vomitio curare visa est: eò quod excrementa multa, cruda, pituitosa, ex primæ coctionis vitio in Ventriculo, & partibus vicinis, collecta, unà cum portione biliosâ, subitò excludantur. Accomodum his esse medicamentum censetur, quibus Ventriculus supra modum non est enervatus, qui viribus adhuc sunt integris, aut easdem minus attritas habent. Vomitoria.

Procurari optimâ ratione potest levioribus primum, mox, ubi nihil profecerint, fortioribus, nullam tamen, ut vult Aëtius, ærumnam ventri ac stomacho afferentibus. Docuit enim, unâ cum experientiâ, jampridem Aëtius, ex fortiorum Emeticorum usu, citra aliarum causarum vehementiã, non paucos in Melancholiam incidisse 2. Tetrab. serm. 2. cap. 10. fol. 277.

Huic etiam intentioni satisfaciunt Electuarium Diasaru Fernelii, meth. med. fol. 365, Oxymel Asarinum Zapata: Emetica singularia.

tæ: Spatulæ fetidæ radix, cum jure Radicis Malvæ, vel brodio Gallinæ decocta, aut pulvis ejusdem avellanæ quantitate assumtus: Nicotianæ infusum per noctem in Vino: Syrupus Rulandi Benedictus: Aqua Benedicta Quercetani, & Emetica ejusdem: Mel helleboratum cum sero lactis haustum: & quæ ex Chymicorum officinis depromuntur, Quinta Vitrioli Essentia: Gilla Theophrasti, seu Sal Vitrioli Veneris Crollii: Mercurius vitæ Solaris Quercet: Aqua Æscu pii Zapatæ, ac Rubei: Elixir Emeticum: Essentia Genistæ, & his affinia.

IV. Intentio.

Expiationis penso ritè absoluto, quarto loco res & necessitas exigit, ut vaporum effumantium, & calorem, siccitatemq; inducentium, à capite & præcordiis fiat diversio.

Variis idipsum moliri licet ingeniis, seu Frictionibus, Ligaturis, Extremitatum lotionibus, Cucurbitis, Scarificationibus, Cauteriis, Setaceis.

Quibus & annumerantur, subsidia, quæ universo ventri admoventur,

tur, tùm ut infarctus exolvantur, tùm ut materia è Venis Mesaraicis ad intestina promptius evocetur.

Ex horum censu sunt Balneum Aquæ dulcis, Linimenta, Cucurbitæ supra ventrem sine scarificatione, ac Dropaces.

Frictionum & Ligaturarum in cruribus, & partium extremis, (quarum dos præcipua est cutis spiracula reserandi, ac humores, in extremitates corporis diffusos, suâ sponte ut dissipentur, evaporentq́; discutiendi:) administratio necessariò requiritur, quoties circa ventriculi orificium incommodi quicquam, vel etiam tremor cordis persentitur, aut alioquin, sublato Diaphragmate, respiratio impeditius procedit. Frictiones & ligaturæ.

Obscurâ enim hac revulsione, revocatis cum humore vaporibus, mali exacerbatio vel desinit, aut saltem imminuitur: Solenand. sect. 2. consil. med. cons. 7. fol. 122. Sic Hollerius lib. 1. de morb. int. comment. in c. 17. Optimum in cruditate censuit Ventriculum arctius ligari, quo flatus impediantur, & concoctio rectius celebretur. In-

Fomenta.

Infarctibus interaneorum ocyus expediendis, & materiis à Mesaraicis ad intestina evocandis, non incommode ventri universo, aut hypochondriis, vel saltem parti cuidam abdominis, quam ex signis præ cæteris affectam esse constabit, fomentis etiam res agenda, quæ hunc in modum compa rantur:

℞. Foliorum Absynthii, Abro tani, Matricariæ, Thymi ana man j. Flor. Chamæmeli, Meliloti. Sam buci, Genistæ ana pug. j. Baccarum Lauri unc. iß. vel q. ſ. pro cruditate Sem. Anisi drach. ij. Cort. rad. Ebuli Rad. Polypodii, Senæ, Epithymi an dr. iij. In Aquæ & Vini portionibu aquis ebulliant, sub finem admi scendo parum aceti albi, vel Squil litici. Platerus part. 1. fol. 139.

Duciæ.

His præstantiores sunt Duciæ, seu ex alto supra locum affectum sensim stillantes aquæ. In quos usus coaptari possunt Aquæ Thermales Sulphureæ & aluminis, bituminisq; naturam redolentes: aut quas ex attenuanti bus & emollientibus sic parare licet:

℞. Fo

℞. Foliorum Scolopendr: Rutæ, Absynthii pont: ana man: iij: Lauri, Pulegii, Serpilli, Flor: Chamæmeli ana man: iſ: Roſmarini man: dimid: Sambuci man: ij: Sem: Cimini, Agni caſti, Fæniculi ana dr: j: Fænu græci unc: dimid: Cyperi dr: iij: Obiter comminuta ebulliant in Aquâ & Oleo pro fomento, quod cum ſpongiâ, aut Cataplaſmatis ritu, remanentiis prius ad unguem contuſis, admovere licet.

Hac enim ratione, quam etiam Hippocratem ſequutum eſſe ex multis veriſimile eſt, adminiſtrati fotus, aut Balnea, in diuturnis affectibus præparationis genus exhibent accommodatiſsimum; eò quòd tepore, ac vapore ſuo quamvis partem, ac nativum ejuſdem calorem, erigunt, ac ſuſtinent, humores, præter naturam iiſdem inſidentes, impactos, conſopitoſq́, exuſcitant, emolliunt, colliquant, &, quò trahenti medicamento facilius obtemperent, fluxiles reddunt. Cavendum tamen, ne ſudores inde provitentur, ſed humor exhauriendus duntaxat emolliatur. Fernelius meth. med. c. 13.

Balneum aquæ dulcis

Loco fotus Balneum aquæ egelidæ seu dulcis, non naturalis cujusdam, ceu ad lotionem minimè facientis, singulis septimanis semel aut bis usurpandum: in quo tamen mora haudquaquam nectenda, ne major, quàm ex re ægrotantis esse poßit, sequatur resolutio. Solenander consil. 10. sect. 1.

Huic temperata & humectantia quædam nonnunquam incoqui possunt, exemplo Galeni 3. loco aff. 4. quo perspiratione cutis procuratâ, fuliginosorum excrementorum retentio pro virili inhibeatur.

In balnei ingressu Ventriculi regio oleo Garyophyllorum stillatitio, modico mastiches, ac Balsami Peruviani, admixtis, nunquam non inungendus:

Quem in usum etiam talis comparari potest Litus, qui

℞. Ol. Absynthii unc. ß. Mastiches in Oleo nardino solutæ, Laudani purioris ana sesquidrachmam. Misce.

Venter etiam cum hypochondriis hoc ungento post balneum affricandus est:

℞. Ol. Amygdalarum dulcium, Chamæmeli, Anethini ana unc. j: Sambucini, de Nicotianâ, de Capparibus ana dr:vi. Irini, Nardini ana unc. dimid. Succi Absynthii, Aceti squillitici ana unc. j. Peractaq; super lentas prunas ad succorum consumtionem divaporatione, adde Ammoniaci puriss: aceto dissol: unc: j: Pul: Croci scrup: dimid: Sem: Nigellæ drach: ij: Ceræ q: suff: pro fingendo Linimento. Unguentum.

De hinc præcordia, aut Ventriculus, muniantur lanâ, aut pelle agninâ purâ, perillitis prius ex Oleo Nardino locis: Aëtius lib. 2. serm. 2. c. 10. vel, quod maxime vulgare est, Axungiâ Anseris, cum pulvere Garyophyllorum.

Quin & Dropacem calidum ex picis navalis unciis tribus, & Ol. Rutacei unc. unâ, brevibus intervallis Ventriculo, totiq; Metaphreno affigendum, Hollerius suadet lib. 1. de morb. inter. cap. 17. fol. 147. Dropax.

Conferunt nonnunquam & ad flatus obterendos, ac materiam evocan- Cucurbitæ.

 dam, exemplo Galeni 12. meth. me-
cap. ult. & Aëtii loco cit. Cucurbitu-
super ventrem non scarificatæ, cum
flammâ. Incantamenti namq; inst-
omnem ex flatuoso spiritu emerge-
tem dolorem confertim mitigant.

Plurimi Arabum, quos & Orib-
sius imitatur, non imprudenter, pr-
evocando materiæ ac vaporum imp-
tu, adhibent regioni Jecoris ac Lien-
Cucurbitas siccas.

Quin & Aretæus pro Jecore, &
Ventriculo, iisdem, sed cum scarifica-
tione, utitur: Id quod in casu phle-
gmones, ac duriciei etiam Leonio fa-
miliare est sect. 1. art. med. lib. 3. cap. 1

Phænigmi. In progressu curationis etiam Phæ-
nigmi, ex Caricis & Erucâ parati, pro-
pter coctionum instaurationem sum-
mo possunt esse adjumento: eò quod
Ventri robur concilient, ac dolorem, si
quis in præcordiis, ac Ventriculo, re-
stitet, simul eximant.

Vesicatoria. Non desunt, qui Vesicatoriis natu-
ram sopitam excitare, & materias
cum fructu evocare solent.

Smegma. Hoc etiam nomine merentur lau-
dem

[...]em Smegmata acria, & picationes, [...]alidè cuti admotæ, quandoq; etiam [...]ventre ac dorso, oleo prius inunctis, [...]dhibitæ: eò quòd humorem adustum [...]& Melancholicum non in Venis tan[...]um residere, sed etiam in musculos, [...]liasq; partes, dispersum latere, in [...]onfesso est. Rondolet. meth. curand. [...]b.1. cap. 42. ta, & picationes.

His vero ex voto non succedenti[...]us, ad revulsionem eximium præstat [...]uxilium, regioni splenis Setaceum [...]ut Chordula, ignito ferro infixa, ad [...]igitorum transversorum trium lati[...]udinem sese extendens. Aliquandiu [...]amen idipsum adapertum servare [...]ecet. Setaceum.

Quò referre licet & Cauteria, im[...]ctum materiæ, & vaporum fuligino[...]rũ, etiam in desperatis, ceu patentio[...] adapertâ viâ, revlleentia. Admo[...]entur hæc in sylvestri cruris parte, [...]uatuor subter genu digitis, in latere, [...]uod morbus frequentius infestare [...]nsvevit. Egregiè namq; à Corde, ac [...]erebro, maximè vero à membris, quæ [...]fra septum reposita sunt transver- Cauteria.

 sum,

sum, (in quorum censum & hypochondria referuntur:) evacuant, autorit... Galeno 4. aph. com. 9. Savanarol... tract. 6. practic magnæ cap. 1. rubr. ... & in comment. 6. Epidem. Leonio de... morbis curandis lib. 1. cap. 4. fol. 96. ... Montagnana multis in consiliis.

Sin verò per Essentiam Cerebr... etiam affligatur; confert inustio ... in parte anteriori super coronalem ... turam, vel in posteriori, super bin... sincipitis eminentias, docente Leo... l. jam cit.

V. Intentio.

Ex signis jam enumeratis, eoru... demq; causis, ac totius morbi, curati... nisq; progressu, cuivis promtè judi... re licet, quantam membris nutriti... dicatis, cumprimis autem Epati, ve... triculo, ac Lieni, quandoq; etiam C... di ac Cerebro, Affectio hypochondri... ca labem inurere soleat, quæ accurat... & summo studio, nisi eluatur, in m... to graviora mala, ob functionum ... mnium læsionem nimis enormem ... plurimum transire consuevit. Ide... cò modis omnibus annitendum, ut ...

acti...

actius pensitatâ signorum indole, eorundem confortationi, & ad statum naturalem reductioni, opera impendatur. Id quod commodissimè fieri licet, tonum eorundem conservando, calori nativo suppetias ferendo, & fervorem nimium, si quis invaluerit, restinguendo.

Jecori itaq; morbum foventi, aut ex appulsu vitiosorum humorum languenti, non inutiliter conferentur ejusmodi subsidia, quæ idipsum ab obstructione liberant, & peculiari quadam dote, nullo evidenti calore, corroborant: ceu sunt Electuarium de Vino Hollerii lib. 1. de morb. int. cap. 36. quod **Jecori imbecilliori subvenientia.**

℞. Passularum Corinthiacarum libram dimid: Coquantur in Vini albi boni suff: quant: ad Pultis consistentiam: contusæ excernantur per setaceum, deinde addantur Succi pomorum Borstorfianorum mediocriter inspissati unc: iiij: Carnium Citri cond: vel Nuc: Indicæ cond: unc: j: Rad: Buglossi condit: unc: dimid: Schorzoneræ conditæ drac: v.: conserv: flor: Anthos drach: iij: Buglossi **Electuariū de Vino Hollerii.**

dr. x. Pul. Ligni aloes ſeſquidrachmam, Cinamomi opt. Spec. aromat. Roſ. Diarhod. Abb. ana dr. j. Cubebarum ſcr. 1. Groci ſcrup. dimid. Mellaginis granorum Juniperi dr. ij. Cum Syrupo Granatorum fiat conditum, cui admiſceri poteſt ſpiritus Chalcantini ritè præp. pro libitu.

Electuariū Epaticum.

Ad infarctus viſcerum expediendos, flatuumq; ubertatem explodendam, hoc præſentiſſimum eſt Electuarium, quod

℞. Conſerv. flor. Cichorii, Roſarum ana drach. vi. Bugloſſi, Meliſſæ, ana unc. dimid. Eupatorii veri, ſeu Agerati ana unc. j. Pul. Trochiſcorum de Capparibus ſcr. iiſ. de Rhabarb. de Abſynthio ana ſcr. j. Spec. Diarhodon. Dialaccæ ana drach. j. Diapraſſii ſcr. iiij. Elect. de baccis Lauri dr. iij. Liquoris Tartari correcti dr. ij. Mithridatii optimi, Theriacæ Andromachi ana ſcr. iiij. Rad. Cichorii condit. Pimpinellæ cond. Enulæ condit. ana dr. iijſ. Pul. Sem. Fæniculi, Dauci, Carvi, Ameos ana ſcr. ij.

dr. ij. Ol. Citri destill. gut. v. Confect. Manuschristi perlati cum Oleo fœnic. drach. vj. Extracti Chalybis nostri dr. ij. Cum Syrupo de Scolopendriâ redigantur omnia ad compagem Electuarii.

Non infeliciter hic subjungi possunt Extractum Epatis Vitulini, vel Lupini, aut Juniperinum, conservis idoneis admixtum: Essentia Agrimoniæ, vel Croci Martis, post usum attenuantium, & alvum subducentium, etiam in obstructionibus jecoris desperatis, maxime frugifera: Oxymel Quercetani specificum, Tragæa ex radice Aronis Birckmanni: Antidotus Epatica major & minor Quercet. Vinum chalybeatum: Arcanum Tartari: Tinctura Corallorum: Extractum Mumiæ Theophrasti: Crocus Sulphuris, qui verum Epatis est restaurativum: Extractum Chelidonii Aëtii in pastillas reductum, nec non Balsamum Indicum ad grana VII. cum conservâ aut liquore apposito usurpatum. Clusius de medicam 95. ex India allatis fol. 19.

Liniment-
ta Epati-
ca.

Exterius utiliter fovetur dextrum hypochondrium hoc Unguento:

℞. Emplastri de Meliloto unc. Pul. Spicæ Nardi, Macis ana drac. dimid. Aluminis usti, Sem. Cimini ana scrup. dimid. Ol. Absynthii drac. Mastichini, Vini, vel succi aut Aceti Absynthii ana unc. dimidiam: Servantur in diplomate, & post levem ebullitionem colentur: Tandem additis Olei Macis dr. ij. Spicæ scrup. dimid. Ceræ novellæ, Vino lotæ modico, paretur linimentum.

Ad fervorem visceris restinguendum confert hoc linimentum Erasti quod

℞. Pul. Rosar. rub. dr. ij. Sem. Papav. albi, Portulac. an. dr. I. Sand. alb. scr. ij. Unguent. Rosat. Mes. Sandalini, Infrig. Galeni ana dr. iij. Ol. Rosar. liliorum alb. Absynth. ana unc. iß. Mucilag. rad. Filicis, Aceti hellebori nigri, Succi Absynthii pont. ana unc. dimid. Olea, Succus, acetum, & mucago simul bulliant ad succi & aceti consumtionem, postea cum Cerâ formetur linimentum.

Poterit

Poterit & visceris tota regio aut Aceto Absynthite, mediante spongiâ, foveri, nec non succo Absynthii cum modico aceti. Solenander sect. 2. consil. med cons. 7.

Peractâ inunctione dextro hypochondrio hoc adhibeatur Emplastrum: **Emplastrũ Epaticũ.**

℞. Pul. Rosarum rub. & albar. Flor. nympheæ ana man. dimid. Capillor. Ven. summitatum Absynthii, Spicæ Nardi, Endiviæ, Cuscutæ, Portulacæ, Eupatorii ana pug. iſ. Spodii, Squinanthi, Rhabarbari, Corallorum rub. ana scr. ij. Rasuræ Eboris, Sandalorũ omn. Sem. quat. frigidorum majorum ex cort. Ligni aloes, Cinamomi, Sem. Anethi ana drach. dimid. Basiliconis, Croci ana scr. j. Camphoræ gran. vii. Moschi gran. ii. Cum Ol. Absynthii, ac Nympheæ fiat Emplastrum.

In Ventriculi debilioris curatione præ cæteris observandũ, num flatibus turgens fotus, & id genus præsidia, sustinere queat. Phlegmata namq; tunicis ejusdem inhærentia, impactaq; ca- **Ventriculo debili succurrentia.**

Ventriculus flatibus turgens externis subsidiis non rarò exasperatur.

lidi medicamenti admotu excitatæ eundum sæpenumero vehementius inflant, distendunt, ac dolores in eodem crudeles exuscitant.

Quod etiam faciunt humoribus corruptis agitatis, quo nomine calorem magis inducere, quàm medelam inferre videntur.

Ventriculo igitur æstuante, leviterq; purgato, hoc decoctum in usum quotidianum est trahendum.

℞. Rad. liquiritiæ unc.iij. Asparagor. unc. ij. Passularum unc. iiij. Sem. Melonum unc. dimid. Cucurbitæ, Papaveris albi ana drach. ij. Confracta ad medietatis exhaustionem in libris VI. Aquæ ebulliant: additisque succi Granatorum dulcium, Succi pomorum acidodulcium, Succi Boraginis depurati ana unc.ij. iterum ad tertias coquantur, injectis prius Pul.groß. Garyophyllorum, Coriandr.præp.in periâ ligator.ana dr.ij. & fiat Apozema dilutius.

Nonnullis probantur Syrupus Squilliticus Montagnanæ, in magno æstu

utilis,

tilis, additis, autore Clusio, Balsami peruviani aliquot guttis.

Avenzoar exhibet Aquam Rosaceam ac Menthæ, cum Succo Pomorum, addito pul. Sandali, & Mastiches momento.

Quercetano, & aliis, Tincturæ Rosarum, Garyophyllorum hortensium, flor. Buglossi, Boraginis, ac pomorum dulcium in magno sunt precio.

His subjungatur & Electuarium acidum, ventriculo amicissimum: Electuariũ acidum Stomachiale.

℞. Carnium Nucis Indicæ cond. unc. j. Conserv. Rosar. rub. unc. ij. Garyophyllorum hortensium unc. ß. Confect. Alchermes dr. ij. Rob. de Ribes inspissati dr. x. Syrup. de Canellâ unc. iß. de succo Granatorum, vel cort. citri cum moscho q. s. pro cogendo Electuario, cui mediocris acoris gratia addatur Extractum Acetosæ.

Ex Chymicorum ergasteriis huc referri possunt spiritus Vitrioli veneris ac Martis Crollii: Croci Martis essentia ejusdem: Antidotus Stomachica Quercet. Extractum Stomachale ma- Chymica remedia pro ventriculo.

jus

jus & minus ejusdem: Tinctura Vitrio-
li ejusdem in Tetrade: Essentia quin-
ta Rosmarini, Cardui benedicti, Salviæ:
Syrupus ex calamo aromatico Libavii:
Juniperinus: Mellago Juniperina:
Claretum roborans Quercet. in Diæ-
tet: Miva Hollerii aromatica: Essentia
Absynthii, vel Cremore ejusd. Laudan.
extract. oxymel ex calamo aromatico
℞. Pul.flor. Violarum purpur[...]rum siccarum dr. vj. Rosarum ru[...] dr.iis.Spicę,Masticheś ana dr.1s.Fl[...]rum Chamæmeli, Meliloti, Fari[...] hordei, Sem. Altheæ ana dr. v. L[...] unc. j. Squinanthi, Cyperi, Cala[...] aromat. ana dr.j. Cum mucilagin[...] Cydoniorum cogantur singula i[...] formam Cataplasmatis.

Insignis etiam usus est Emplastrum e Eupatorio ejusdem, quod, aßiduò usurpatum, quamvis intemperiem & infarctum Epatis corrigit:

℞. Pul.fol.Eupatorii man.ij. Chamomillæ, Meliloti ana man. dimid. Cyperi, Masticches, Squinanthi, Spicæ, ana dr. j. Sandali rub. albi, Calami aromatici, Absynthii ana scr. ij. podii scr. j. Mucilaginis Rad. Altheę unc.iij. Olei Mastichini, Nenupharini, Farinæ hordei ana unc. ij. ceti parum: & fiat ex mixtis cum ecoctione Eupatorii, Cerâ, ac resinâ, Cataplasma. Emplastrũ de Eupatorio Mõtagnanæ.

Evidentius hæc suas exerere vires lent, si, quod secundo loco admonet Hippocrates, humores, minutißimis venarum capillamentis impacti, fuliginososq; indidem expromentes balis, balneo aquæ dulcis fundantur, uxiones avocenter, & ex intimis rporis regionibus, crasso terrenoq; cco tantum nõ oppreßis, dißipentur. Solium autem aquæ calentis meendis sudoribus haudquaquam de-t esse destinatum, sed in quo resu- II. Balneum.

 pinus

 pinus æger, à genubus ad umbilici[...] usq; demergatur.

Cavendum tamen, ne quid cr[...] humoris in primis viis hæsitet, nev[...] in visceribus ulla adsit impuritas, q[...] balnei ministerio per universum c[...] pus distribui queat.

III. Extergendi meatus gratiâ Hip[...] crati ac Veteribus Melicratum, [...] solum, aut radicibus Filicis incoctu[...] adhibere visum est, quod tamen à [...] centioribus in calidâ Jecoris intem[...] rie, haud sine jactura, usurpatum fu[...] se constat.

Ex tutioribus itaq; sunt Aquæ a[...] rientes: Hordeata, quibus radices [...] chorii, Scorzoneræ, & similes, [...] incoctæ, additâ semper octavâ vel [...] cima Sachari portione, vel quant[...] ratio suadere videbitur: Apozema[...] Succi herbarum recentium depura[...] Juscula alterata: Confectiones: Ju[...] pi: Electuaria: Syrmesmi: Spir[...] Tartari: Diapassulatum: Electuari[...] acidum, & quæ his sunt affinia.

Medicamentorũ Epatitõ. Horum tamen omnium in ut[...] Discrasiâ hæ debent esse prærogati[...] & conditiones: 1.

1. *Ut propter angustias viarum, & Venarum, penetrent, veluti Cyperus, Squinanthum, Crocus, Iris Florentina, & similis census.* ferentium conditiones.

2. *Aperiant, ceu Marrubium, Absinthium aromat. Pistacia, Radix Petroselini.*

3. *Concoquant & leniant, ex quâ classe sunt Passulæ, Ficus, Vinum Granatorum dulce, Rhenanum, Oligophorum.*

4. *Abstergant, uti mel, Sacharum.*

5. *Roborent, ceu Eupatorium, Absinthium, Squinanthum, Rosa, Spica.*

6. *A putredine præservent, ceu Cassia lignea, Calamus aromaticus, Cinamomum, Myrrha, Electrum, Lignũ Aloes, Rhodium, & aromatum genus omne.*

7. *Moderatè siccent, ut Rasura Cornu Cervi, Eboris.*

8. *A proprietate conferant, uti Rhabarbarum, Epar lupinum, Passulæ, Cochlearum & Limacum carnes, atq; inde facta destillata.*

9. *Tandem etiam adstringant, malignitatem corrigant, nec facilè corrumpantur.*

His ſecundum rationem peract
deliberandum, num vitioſus hum
altius inſederit, vel circa Jecur, a
in Vicino Meſenterio ſit reconditus,
febrem lentam, vel intermittente
Diarhæam, aut obſtructiones concit
rit: quibus in caſibus protinus eſt a
trahendus, niſi craſſus nimis, aut pr
ter modum lentus fuerit, aut Vent
culi impuritas obſtiterit. Quæ ſane
cum adſunt, leviter ante omnia a
tergendus eſt Ventriculus, deinde a
tenuatus humor vel univerſum, a
ſigillatim, evacuandus.

In calidâ intemperie levibus ute
dum eſt pharmacis, non ut intemp
riem cures, ſed ut evacues excreme
ta, per intemperiem collecta: ceu ſu
Syrupus Roſatus laxativus: Paſſu
exolventes: Extractum Caſſiæ cu
Mannâ: Noduli ex Rhabarbaro i
potu conſueto macerati: Dilutum
Rhabarbari: Cremor Tartari, &, q
rum antea meminimus, quibus Hol
rius lib. de morb. int. 1. cap. 36. hos
iam Morſulos ſubjungit, qui

℞. Spec. Diatrior. Sandalon ſcr. Pul. Rhabarb. drachm. ij. Sachari biſſ. aquâ Abſynthii diſſoluti. unc. .. & fiat Confectio in tabulis Senucialibus, tertio quoq; die miſtrandis.

V. *Evacuationi quinto loco per aliuot dies ſubjungit Hippocrates Lac aprinum, alvum pro reliquiis obructionum demoliendis, frugaliter ubducens, recolligendis ab imbecilliate viribus, benignoq; Epatis humoi, qui vitio morbi aliquâ ex parte onſumtus fuerat, reſarciendo, accomnodatiſſimum. Cui tamen, ſi, quæ paulo ante notavimus, ſimplicia Epar reſpicientia incoxeris, neque hypochondriorum inflationi ac ſuſpenſioni anſam præbebis, neq; per minutiſſima vaſa tranſitus ut intercipiatur, efficies.*

Mellis defectum Sachari admiſtione ſupplere poteris: Mellita namq; in calidâ intemperie exiccant, ac promptiſſime amareſcunt.

Sin verò, calore vires acquirente, pro ductibus extergendis lac minus idoneum judicaveris, utiq; Serum la- Lactis ſerum.

ctis cum succo Limonum, vel Pomorum redolentium recens expresso, aliquandiu est usurpandum. Subsidium enim in affectibus ab atrâ bile, & Melancholico humore obortis, partibus nutritioni destinatis, vel incendio oppressis, aut calore exæstuantibus, maximè est appositum.

Quod si humores, impetu ferociant concitati, excandescentesq;, ad superiora ferantur, & præcordiorum fluctuationem, cum enormi Thoracis compressione, exuscitent, vomitione mox exturbandi sunt: quâ etiam non semel tantum, sed & pro affectus indigentiâ, ac materiæ copiâ iterato expedit uti.

Nam quæ non eluit expurgatio, & quæ illinc difficulter in alvum delabuntur, in Ventriculum promptè remeant.

Materiæ Subsidiorum ex supra dictis elucescunt.

VII. Nonnunquam & subter infuso Clysmate, ad feces cohibitas emolliendas, intestina oblinenda, crassos humores mæandris ipsorum impactos, extergendos.

ndos, & vim illorum expultricem irritandã, alvus officii sui admonenda, idq; non modò levi, atq; ad remorantes feces promovendas comparato, verum, ut Hippocrates innuere videtur, etiam probè ducente, & satis acri.

VIII. Cumq; ex ejusdem Hippocratis testimonio morbus hic sit gravis ac diuturnus, ac proinde sordium copiâ, vel corruptelâ, fœcundus: Idcircò non abs re fuerit, clementioribus exolventibus Naturam indidem ab onere sublevasse.

Quod quidem Hippocrates lacte asinino cocto, vel melle affuso, faciendum præcipit, at Seri Caprini, vel decocti Galli decrepiti, aut consimilis, usu multò felicius administrari, verisimile est.

Commendat & Ruffus Ephesicus apud Aëtium Cremorem Absynthii, quo phlogoses Lienis ac Epatis eximiè mitigantur, Succi Ventriculo eliduntur, ac, ut Aëtius refert, omnis humoris Melancholici proventus inhibetur. Heurnius lib.2. meth. ad praxin cap.19.

Ob pervicacioris mali contumaciam sæpius ad alia deveniendum est remedia. Unde in sanguinis ubertate Vena dextri cubiti interna, consentientibus aliis, aperienda est.

Tandem etiam lex & vivendi ratio gnaviter observanda, cibis, usq; puris, ac modicis, nec non Vino albo sincero, parcissimè fruendum, frigus excedens devitandum, inerti ocio, ac desidi vitæ minimè vacandum, sed levi exercitatione, ac deambulatione corpus à sororiantibus hypochondriis, ut Plautus loquitur, pro virili vindicandum.

Frigidam Epatis intemperiem corrigentia.

Haud longè dissimili ratione in frigidâ Jecoris dyscrasia medelam prosequi licet, cui si humiditas excedens conjuncta fuerit, moderatius adstringentia, quam quæ Ventriculo conveniunt, adjungenda sunt, nec non, pro evitando visceris tumore, quæ humorem lentum, frigidum, & crassum, excalfaciunt, tenuiq; substantiâ incidunt, ac detergunt.

4. DE

Licet ex antea relatis unicuiq; sit exploratum, quibus ingeniis hypochondriacæ affectioni, per Splenis sympathiam, & adustorum humorum communicationem ingravescenti curatio sit admovenda: haud tamen præter rationem fuerit, si, Hippocratis vestigiis insistendo, eandem secundum ipsius mentem fusius explanaverimus.

Commodissimè illam ex libro 2. de morbis text. 78. fol. 260. eruere quivis potest, quò loci morbum Atrum (à colore, qui utplurimum similis efflorescit humori, cujus dominatu corpus tenetur, ita vocatum) nostro huic ad unguem respondentem, literis hunc in modum consecrat. Morbus Ater Hippocratis.

Bilem atram, veluti fecem, vomit, quandoq; instar sanguinis aut Vini secundarii, quandoq; uti Polypi atramentum, nonnunquam acre, veluti acetū, quandoq; salivam & pituitam, interdum & bilem cum virore pallidam. Et ubi quidem nigrum cruentum vomuerit, cadaveris fætorem refert, fauces & os à vomitu aduruntur, dentes

tes

tes obstupescunt, & id, quod vomi rejectum est, terram elevat. Et post quam vomuit, paulò melius se hab re putat. Et neque sine cibo esse, neque c piosiorem cibum ferre potest. Verum ubi sine cibo manet, viscera sugunt, & Salivæ acidæ sunt. Cum verò cibum accepit, gravitas in visceribus adest pectus ad dorsum veluti stylus pung videtur, dolor tenet latera, febr subest debilis, caput dolet, oculi cal gine suffunduntur, crura gravantur color subfuscus est, & quandoque consu mitur.

Curationem Hippocrates ibidem summis hisce capitibus complectitur Præcipuè enim

1. Pharmacum frequenter exhibendum, &, pro anni tempore, Lac & Serum conferendum.

2. Per intervalla vomendum.

3. Capiti providendum.

4. Si vires responderint, de manibus sanguinem detrahendum.

5. Alvus ubi non egesserit, infusum Clysmate immittendum.

6. Fomentis ante pastum utendum.

7. *A Sole, exercitiis validis, Ebrietate, Venere, & calidâ abstinendum.*

8. *A cibis dulcibus, oleosis, pinguibus, frigidis, alvum nimioperè sollicitantibus, acribus, & falsis, animus revocandus.*

Purgantium medicamentorum necessitas ex pravorum succorum pleonexia æstimanda. Materias horum in superioribus copiosè monstravimus. In exhibitione tamen eorum advertendum: I.

In usu purgantiũ Spleneticorum, quæ conditiones notandę.

1. *Ut ex mente Hollerii de morb. int. lib. 1. cap. 40. in Schol. & in exercitat: Valetii ejusdem cap. Epaticis majori ex parte viribus respondeant, sed gradus quodammodò sint intensioris.*

2. *Fugiantur nimium calefacientia, quorum facultas admistione refrigerantium nunquam non moderanda.*

3. *Intervallis certis repetantur, quibus, ad promptiorem materiæ sequelam, aperientia, incidentia, & mollientia, sunt aspergenda.*

Len-

Lentus enim est, ac restitans, h mor Melancholicus, lenteq; purg postulat: alioquin crudior cum sit, m dicamentis nullo pacto cedit. Heur meth. ad praxin lib.2. cap.24.

4. Cum affectus hic rarissimè cit Lienis tumorem invalescat, accura inquiratur, in quâ parte visceris t mor versetur.

In superiori namq; parte eodem hærente, melanophyga purgantia pr sentius succurrunt: In inferiori au tem Enemata emolumenti plus affe runt Holl. lib.1. de morb. exercit.17.

5. Ægroti medicamenta sumentes ex ejusdem Hollerii præcepto lib. jam dicto de morb. int. 1. cap.40. in latere sinistro reclinent.

6. Ne uni vel alteri Natura ad suescat, eadem sæpius immutentur.

7. Singulis mensibus circa pleni lunium, maxime tempore humido, & pluvio, pharmaca propinentur.

8. Nonnunquam & valentiori bus Lien lacessetur, quibus Galeno 10. meth. med. teste, à superfluis evacuari gaudet.

Quæ evacuantibus immiſceri de-
ent præparantia (nomine ſeri & la-
is ab Hippocrate notata) moderatè
rigida ſint & humida, quæ exuperan-
i bili retorridæ conveniant, ac tem-
erato calore, partiumq; ſubtilitate,
raſſam feculentamq; Melancholiam
ttenuare, ac diſsipare poſſunt, ceu
unt propotiſmata tùm vulgaris notæ,
ùm, Galli decrepiti: Syrupi humores
duſtos digerentes: Oxymelita, &
ydromelita Quercet. Quibus etiam
onnunquam à proprietate conferen-
ia adjungenda ſunt, ceu Lien bovis,
ut aſini, vel ex his comparatæ extra-
ctiones, &, qui his reſpondere viri-
bus poteſt, Syrupus Savanorolæ, pro ad-
mirando Splenis remedio ſemper ha-
bitus: tract. prax. magna 6. cap. 15.
fol. 187.

℞. Epithymi. Cort. rad. Cappa-rum, Salicis, Raſuræ Ireos, fructuum Tamariſci ana: Decoquantur in aceto, & colentur, fiatq; Syrupus acetoſus mellinus, ad unc j. quandoque capiendus. Syrupus Savanorolæ ſpleneticus.

Neq;

Vinum Chalybeatum.

Neq; viribus huic inferius est num Chalybeatum, materiam craſ attenuans, eandemq; in vaporem ſolvens, quod paratur ex Chalybis Oxymelite in marmore prius levi ti, & per quindecim, aut viginti in aceto macerati, (additis nonn quam pro flatibus diſcutiendis ſem Aniſi, fœniculi, & ſimilibus: vel tione Lienis intumeſcentis ne ma riæ lapideſcant, Sem. Althea & M væ) librâ unâ, & Vini albi boni VIII. Infuſione in Sole, Balneo ma aut hypocauſto per 20. dies perac inter initia unciæ duæ propinenti paulatim per menſem ad quatu usq; ad decem, Uncias aſcendendo. namq; Lienis tumor recedet, & exc menta atramento nigriora appa bunt. Uſus tempore gnaviter, & ſudorem uſq; deambulationi incu bendum. Franc. Hildesh. in Spi leg. 142.

Sudorifera ſpleneticis interdum admiſcenda.

Decoctis nonnunquam & Hidro capermiſcenda, ac ſudor, ad Cachexi periculum evitandum, imperandu idq; cumprimis, quando ſuffuſione

at

*ræ bilis in universum corporis habi-
um, dolores circa Lienem ingentes,
q; ad pubem vergentes, infestant.*

*Cumq; à Liene ad Renes non ita
mparata sit via, teste Hollerio lib. de
orb. inter. 1. exercitat. in cap. 40. Id-
rco Diuretica minus commodè usur-
antur: Aliâ tamen ratione interdum
nferre possunt, dum incidendi & a-
eriendi facultatem possident. Id quod
dem Holler. loco cit. ex Hippocrate li-
ro de affection. textu 20. fol. 298. &
aleno lib. 2. de arte curandi ad Glau-
on. cap. 6. cognovit, qui Lienem cum
enibus per urinarios meatus evacua-
i hunc in modum scribit:*

*Neq; desunt, quibus, multorum an-
orum decursu, sub autumni & veris
nitium, prominens Lienis tumor, cum
ypochondrii dolore molestus est, live-
cente simul universo corpore, ac de-
erius habente, qui tamen sensim ni-
ricantium, & atramento responden-
ium Urinarum, per septimanam fe-
è copiosè erumpentium, profluvio
orrigitur.*

Lien sæpè per urinarios meatus exoneratur.

2. 2. Naturâ autem per superiora s
expediente evacuationes, atq; imp
humorum sursum vergente, vom
tum utiq; sæpius procurasse operæ f
rit precium, neq; mitioribus saltem
sed & valentioribus istis Emeti
quorum usu gravißimos, ac despe
tos morbos fuisse profligatos consta

Usurpandi formulæ, & mate
eorundem ex superioribus petantu

3. 3. Capitis tamen, & facultatis
nimalis in hoc malo nunquam de
nendam esse curam jubet Hippocrat
ne vaporum, ex hypochondriis as
gentium, maliciâ spirituum cont
gat obtenebratio, Melancholiæ se
naria invalescant, aut catarrhis d
turnis offeratur occasio. Absolvi
hæc intentio leviter repellentibus,
cantibus, resolventibus, & somni
provocantibus, quæ itidem ex præm
sis liquent.

4. 4. Quandoq; & sanguinis mi
imperanda ex internâ cubiti sinis
venâ cujus in detrahendo modulu
& quantitatem, vires, nec non ips
sanguinis color, demonstrabût: divi

tam

men per biduum evacuatione, & fo-
mine amplo facto. Commonstrare vi-
tur hoc Evacuationis genus Natura,
e subinde repentinos, & copiosos
nguinis nigricantis fluxus vomitu,
per alvum, necnon per umbilicum,
urinam, aliosq; meatus occultos, in
eneticis moliri visa est. Id quod ex
rcelli Donati memorab. lib. 4. c. 9. &
rculis Saxoniæ observationibus, nec
n consil. 15. sect. 5. observat. singulari
f. 490. Solenandri, manifestum est.
Sin vires attritas esse cognoveris,
na inter annularem ac medium di-
tum pertundenda erit: quod genus
medii cuidam per somnium felici
gurio obtigisse scribit Valeriola in
. Galeni de constit. art. med. cap. 18.
Neq; à scopo, aberraverit, qui ve-
s, quæ ad Lienem nigricant, inter
m aperuerit, eo quod experimentis
gnitum, diuturnum & contumax
inde sæpius curatum fuisse malum.
Sin ex prædictis venis sanguinem
nuere quid dissuaserit, iisdem &
rudines, vel cucurbitulas cum Sca-
ficatione tuto admovere poteris. Hol-
r, loco jam alleg. X 2 His

Venæ Lienis.

His omnibus parum ad rem ... cam facientibus, ex consilio quo... dam Splenis regio Cauterio inur... erit, factis aliquot pro materiâ ex... riendæ ulcusculis. Gradensis cap. ... ægritudin. Epatis. c. 10.

Cauteriũ in Splenis regione.

A quo etiam subsidio neq; H... crates abhorret, qui libro de in... fect, tex. 35. fol. 327. decem cru... iisq; magnis, Splenem elevatum ... gis, aut buxeis fusis, oleo fervent... tinctis, inurit. Gordonius in lib... passion. Splenis tract. 6. cap. 7. fol. ...

5. 5. Ad rugitum, & aquam in ... nis regione fluctuantem, mirificè ... fert frequens Clysterum ex decocti... pitis Vervecini, aut Galli senesce... usus: quibus nonnunquam & Mel... leboratum, Aquam Benedictam, a... his affinia, commiscere licet, max... si alvus immorigera fuerit, & obs... ctionibus adaugendis ansam exhib... rit.

6. 6. Quæ de fotubus, linimenti... liisq; id genus Topicis, in superior... sunt relata, huc referre licet, qu... addantur & alia, quæ ad renitent...

-ium, duriciem & inflationem pe-
-n, facere possunt, non neglectis iis,
e ad Gingivarum tumorem & ex-
-rationem sunt accommoda, eò
-d malum hoc in Scorbutum fre-
-ntissimè degenerare soleat.

7. & 8. Victus deniq; ratio ex mor-
-emporibus definienda: à cibis præ-
-ptis, &, ob Cachexias periculum,
-rapulâ, concubitu frequentiori, &
-rcitiis immoderatis, æger revo-
-dus, ob viscerum nobiliorum imbe-
-itatem, totiusq; corporis impurita-
-n, balneum fugiendum: & quod
-nivenius libro de abditis cap. 105.
-monet, Aquâ ferratâ pro potu ma-
-â ex parte utendum.

5. DE CARDIACA.

Affectionem hanc morborum acu-
-um, & chronicorum, nec non fe-
-um pestilentialium, & Epidemio-
-n, esse sobolem, quâ humores adu-
-, & qualitate vitiosâ, nonnun-
-am etiam venenatâ, imbuti, in ve-
- vel arteriis majoribus accumulan-
-r, aut pericardio infiguntur, à qui-

bus denique spiritus vitales vel
rumpuntur, aut alienâ qualitate
quinati extinguuntur, ac dißipan
in signorũ enumeratione recensuim

Curationis hujus difficultatem
causarum agentium vehementiâ,
diversitate, nõ absurdè licet æstim

Varietas harum causarum maxi
insignis est, quas tamen vel ad ge
rales, aut speciales, referre licet.

Causæ nocumentũ cordi inferentes.

Generales sunt, quæcunque no
mentum positivum, aut privativu
Cordi inferunt.

Speciales, vel ad internas, aut
trinsecus advenientes, illasq; vel
ἰδιοπάθειαν*, aut consensum, agent*
referuntur.

Et quia nostri non est instituti,
gulas accuratè jam persequi: Ea
pter, quæ in censu Generalium su
Privativas saltem expendere
mus est, quæ utplurimũ duorum s
generum: Nonnullæ enim ab Ep
quædam à Corde foventur.

Quo pacto Epatis ratione no-

Ratione Epatis nocumentum Co
potißimum communicatur subtracti
ne nutrimenti idonei. Cum enim

rdis necessitatem Natura condide- Epar, & utriusq; concors ad subje- i conservationem sit conspiratio, fieri uidem facili negocio potest, ut ex ustorum humorum in diuturnis ac ali moris affectibus, proventu ube- ore, major pars & Cordis devolva- ir Ventriculos, inibiq; calor & facul- as toti corpori, maximè verò Jecori Cerebro impertienda, debilitetur, ut plane evertatur.

xa Cordi communicetur.

Quin imò evidentior in hoc casu oxa percipitur, quantò largior ad uliginosa extrementa, spirituosumq; vaporem in arteriis intercipiendum, ec non ab Utero, Liene, Spermate cor- upto, Vermibus, Veneno hausto, Vo- micâ internâ, Oris Ventriculi offensâ, ut per viam Criseos, subministratur materia.

Cerebri autem ratione nocumen- tum Cordi comparatur, quando spiritus animales Cordi, sive instrumentis Cordi immediatè servientibus, debitâ quantitate, & modo Cerebrum, non im- pertitur. Unde contingit, ut cum nulla

Quomodo Cordi à Cerebro noxa conciliëtur.

facultatum citra aliarum subsidium consistere queat, & consensus omnium sit indissolubilis, simul etiam vitia invicem communicentur. Quâ veritate subnixus Avicenna primâ fen tertii tract. 4. cap. 18. Impossibile esse dicebat generari hypochondriacam Melancholiam absque communitate Cordis: & quod res ac necessitas omnino exigant, ut in hâc ægritudine cura Cordis respondeat, & conjungatur cum Cerebri medelâ. Quin & Hippocrates 6. Epidem. fol. 543. expressè affirmabat, Atrabilarios comitiali morbo utplurimum corripi solere, & vicissim comitiales fieri atrabilarios. Qui sane eventus non nisi ex communicatione vitiorum, & idonei pabuli spiritalis defectu, emergunt.

Mercurii Solaris præcipitatio.

Et hæc nimirum est secreta illa Mercurii Solaris præcipitatio, quâ Chymicorum nonnulli & mutuam vitiorum in membris principalibus participationem innuere, & curandi formam, una cum medicamenti specie, expromere conantur.

Curandi intentiones.

Remedia huic affectui subvenientia sunt Victus ratio attenuans. 2. Al-

2. *Alteratio, quæ cordialibus* *ißimè peragitur.*
3. *Purgatio.*
4. *Sanguinis dimißio.*
In quorum tamen expeditione hi *nones diligenter advertendi:*

1. *Ut curatio minimè differatur,* *c inerti sollicitudine tractetur.*
2. *Ut purgatio sit moderata, neque* *virium insignem penuriam super-* *a.*

Canones in usu medicamentorum notandi.

3. *Ut post quamlibet evacuatio-* *em exhibeantur, quæ Cordi à pro-* *ietate sint amica, illudq; roborent.*
4. *Medicamentis, alium à san-* *uine humorem elicientibus, admi-* *eantur roborantia.*
5. *In removendo maliciam distem-* *riei fervidioris conferantur calida* *rdiaca cum frigidioribus.*
6. *In complexione frigidâ tantum-* *odò moderata adhibeantur, ne cali-* *lioribus spiritus supra modum resol-* *antur.*
7. *In Casu cacochymiæ alterationi* *olum incumbatur, ac rarißimè Vena* *ecetur, Savanorola pract. magn. tract.* *.c. 11. rubr. 2.*

2. *Ut semper advertatur, an tuti… possit esse Venæ sectionis, vel medica… mentorum usus.*

1. Intentio. *Victus regula ritè absolvitur eli… gendo aërem purum, fœtoris exper… tem, clarum, non ventosum, odoribu… gratis, & cordialibus suffumigiis, au… divaporationibus, fragrantem.*

Cibum odore & sapore suavem, mo… dicarum superfluitatum, multi nu… trimenti, concoctu facilem, ceu car… nes pullorum animalium, Perdicum, Phasianorum, Consummata, Ova sor… bilia, Pisces friabiles, Epata Gallina… rum, Anserum: Vinum album, odo… riferum, subtile, lymphatum esse de… cet.

Confert & somno impensius, quàm vigiliis indulgere: locis apricis corpus modicè exercere; Balneis temperatis, & ex odoriferis comparatis, maximè post purgationem, pro qualitatis ex… cessu, uti: A repletione abstinere: Af… fectibus deniq; animi moderari.

2. Confortantia varii generis. *Alteratio in iis admovendis ver… satur, quæ noxia malignaq; omnia de… pellere, cordi robur acquirere, & quali…*

tatem

atem excedentem corrigere nata sunt: Perficitur hæc variis subsidiis, seu Epithematibus, Embrochis, Sacculis, Emplastris, Litubus, Aquis destillatis, Conditis, Opiatis, Speciebus, Pomis odoriferis, Pulveribus, Essentiis, Tincturis, Conservis, Succis fructuum & herbarum medicatis, Balneis, Involutionibus ægri in linteis, aquis Cordialibus imbutis, stragulis ac vestibus suaveolentibus, aliisq; spiritus & sanguinem reficientibus.

3. Evacuatio auxiliis moderatè adstringentibus, tonum viscerum conservantibus, & omnis malignæ qualitatis expertibus absolvitur.

4. Præsente sanguinis copiâ in juvenibus, aut suppreßionem quandam naturalem sustinentibus, quique Vino & carnibus sese largius invitarunt, vel quibus inflammationis periculum metuendum, Basilica dextri brachii resecanda. Neque abs re fuerit, sinistram etiam aperuisse, vapore urgente, aut materiâ non in Ventriculis cordis, sed universo corpore conceptâ.

Ab inferioribus partibus malum ubi exoritur, aut plenitudinis signa in iisdem deprehenduntur, Venas crurum secare necessum est.

Semper tamen in hoc casu sanguis mitiori manu demendus est; ita ut quandoq; Cucurbitulis per derivationem locus dari possit.

Cordis deniq; confortationem, nec non membrorum demandantium correctionem, diversimodè, ac pro multiplici medicamentorum apparatu, moliri licet, quorum in precedentibus facta est mentio: quibus addendæ sunt Confectiones istæ magnæ, atq; ad humorem Melancholicum deterendum aptissimæ Antidoti, Theriaca Andromachi, Mithridatium, Confectio de Hyacintho, Alkermes, Lapis Bezoarticus orientalis, Extracta Cordialia, Aquæ Bezoarticæ, Aquæ vitæ, Elixiria, Essentiæ, Magisteria gemmarum, Aurum potabile, vel Diaphoreticum, Balsami, Destillata instaurantia, & alia, quæ Cordis, aliorumq; membrorum, pathemata sublevare possunt.

6. HYSTERICA, seu UTERINA.

Indolem hujus affectus elegantissimè prosequitur Hippocrates libello de Virginum morbis, tex. 1. & 2. fol. 339. qui locus & causas, & curationis scopos curiosius indagantibus spontè suppeditat.

Est enim, inquit, muliebris natura animi magis dejecti, & imminuti. Cæterum Virgines nubiles, ac maturæ viro, hoc magis patiuntur, unà cum mensium descensu, non valde antea hinc afflictæ. Postea enim sanguis in uteros confluit, veluti effluxurus. Cum igitur osculum exitus non fuerit apertum, sanguis autem amplius influxerit, propter cibos, & corporis augmentum, tunc non habens influxum, resilit præ multitudine ad Cor, & ad septum transversum. His demum repletis, cor fatuum redditur, deinde ex fatuitate torpedo, & ex torpedine delirium insequitur. Hippocratis locus.

Et paulò inferius: Postquam hæ partes repletæ fuerint, & horror cum febre ingruit, erroneas febres appellant.

lant. His autem sic se habentibu[s] præ acutâ quidem inflammatione in[-] sanit: præ putredine vero clamat: pr[æ] caligine timet ac formidat: præ com[-] preßione circa cor strangulationes p[a]titur: præ sanguinis autem maliciâ a[-] nimus mærens & anxius malum at[-] trahit.

Causas mæroris in Virginibus ac Vi[-] duis (quibus etiam annumerantur ste[-] riles, licet Viris cohabitent, puerperæ & improsperè purgatæ: vel quib. men[-] ses, aut quævis uteri purgamenta sub[-] sistunt:) præter vitæ mutationem, & alias rationes, duas hic recenset Hip[-] pocrates, animi muliebris molliciem; quæ teste Horatio Augenio lib. 12. con[-] sult. Epistola 7. fol. 300. semper conjun[-] cta est cum corruptâ imaginatione: Et sanguinis perniciosi, diutiusq́; coërciti, exhalationem tetram, quâ & Cor an[-] gustiâ vehementer conteritur, spiri[-] tus obscurantur, multisq́; insano amore simul detentis, judicium pervertitur.

Hysterica affectio duplex.

Duplicem hic affectus sustinet con[-] ditionem, vel, ut ex certis jam assur[-] git initiis, augescitq́: in quo sane statu

sanguis

nguis, ob viarum angustiam, aut
exclusionem, præ multitudine ad Cor
& superiora restagnat, parteq́ sensim
tenuiori resolutâ incalescit, ac tandiu
ibi quiescit, donec ex levi quadam
occasione effervescat, subitoq́ insultu,
intra Melancholiæ speciem, spiritus
mentemq́ concitet, totumq́ corpus,
& cumprimis faciem, certis quibus-
dam intervallis, φλογώσεως instar
repentinæ, excalefaciat: Vel ut con-
firmatus furoris sui incommoda exer-
cet, arteriam istam magnam, dorsum
perreptantem, sanguineq́ copioso di-
stentam, succendit, excitaq́ pulsatio-
ne dorsi molestâ Cor ac Cerebrum re-
plet, eademq́ tetris & obscuris ful-
ginibus lancinat. Quam ob causam e-
venit, ut, referente Aretæo, languen-
tes sint ac fastidiosæ, sitibundæ, tædio-
sæ, consilii inopes, desperatæ, mæstissi-
mæ, timentes, lachrymosæ, nullis dele-
ctentur rebus, neq́ gaudeant, sed tædio
omnia habeant, solitudinē ament, ver-
bis animi sensa exprimere nequeant,
quandoq́ garrulæ sint, & querelis dif-
fluant: nonnunquam & displosis, discus-
sisq́

Phlogosis mulierum unde.

 sisq; flatibus, nisi malum altius jam [...] dices egerit, ad pristinam valetu[...] nem subitò, & cum admiratione, [...] vertuntur.

Ex quibus conjecturam facere [...] tam licet, nisi maturo consilio præ[...] niatur, ex Hippocratis oraculo fœmi[...] sic affectas in maniam, ac ferina d[...] ramenta, quandoq; etiam morte[...] spontaneam, præcipitari.

Curatio duplex.

Curationis ritum alium requi[...] Affectus telam malorum incipie[...] sanguine adhuc in vasis uteri ebulli[...] te: alium humoribus jam effervesc[...] tibus, atque ad siccitatem enorme[...] vergentibus, quæ deliramentis [...] Maniæ viam substernere queat: [...] quod citra negocium ex pristinâ [...] ctus ratione, & mali exordio collig[...] datur.

Scopi curationis in malo incipiente.

Ubi igitur in primo vitii gener[...] fœminæ & humoris statum versari [...] gnoveris, tunc medendi ratio quadr[...] plicem in hoc affectu præstat indic[...] tionem:

1. Sanguinis detractionem, ac me[...] sium provocationem.

2. Su

2. Succi Melancholici accumulati expulsionem:

3. Flatuum evaporantium displosionem, cordisq; provisionem.

4. Vitæ sortem subductiorem, quâ universo corpori, & Capiti ritè prospici queat.

In sanguinis mißione in principio expendendum, num à consueto menstruationis termino longius absit fœmina, aut an ex visceribus principalibus unum in mali consortium rapiatur. Ubi longius abfuerint menses, sanguis ex Basilica alterutrius brachii demendus est: Sin verò immineant, aut recens præterierint, ex malleolis evocandus. Id quod etiam triduo ante eruptionem faciendum, signis Melancholiæ parum mitescentibus. Sanguinis detractio.

Si Jecur aut Splenem in calamitatis commercium trahi fuerit exploratum, dextræ vel sinistræ manus Salvatellam incidere decet.

Sin Mesenterium, farctu oppressum, ardorem cumularit, hæmorrhoides provocandæ:

Sin de interaneo æstu conquerat mulier, & Cor simul afficiatur, ex dextrâ vel sinistrâ Salvatellâ sangu fundendus, prout ex Epate calidior aut Liene inflammato, vitium fove perspexeris.

Interim verò, dum fœmina vi non utitur, tertio aut quarto quoqu mense sanguinem ex brachio dimi tere licet, ut abundantiori cruore d minuto, residuum minus exhalet.

Sin verò succi atrabilarii præsen tiam ex signis, aut misso sanguine, de prehenderis, utiq; Purgantium medi camentorum usus haudquaquam eri improbandus: Quæ tamen hujus ess debent conditionis:

Conditiones solventium medicamentorum in malo hysterico.

1. Ut pro fœminarum constitutio ne, & affectus indole, in modicâ pro pinata quantitate sensim educant.

2. Formâ liquidiori potius, quam solidiori, & sicca, quâ melancholicu humor insigniter exacerbatur, exhibeantur.

3. Ut in actu purgationis, & post ipsam, aquæ tepentis insessus frequenter adhibeatur.

4. Ut

4. *Ut post exolventis usum Ptisa-*
modicum, vel Decoctum hordei,
t Portulacæ, detur

5. *Ut semel in mense, circa ulti-*
m præsertim Lunæ quadraturam,
acuationes repetantur.

Utilitatem insignem hic afferunt
um Caprinum infusionis foliorum
æ, & florum Cordialium: Extra-
m Cassiæ, cum foliis senæ: Decoctum
lli Veterani solutivum: Elixir pro-
etatis Theophrasti, singulis septi-
nis usurpatum: Extractum Pilu-
um de Aristolochiâ Fernellii, &
rima alia, quæ ex superioribus huc
nsferre licet.

Quibus felici cum successu in hoc
li genere hic Mercati Syrupus sub-
ngi poterit: qui

Syrupus Mercati Hystericus.

℞. Aquarum Boraginis, Cicho-
,Lupulorum ana unc. x. Succi Bo-
ginis depurati unc. VIII. Succi
omorum redolentium unc. VI.
or. Cordialium omn. ana unc.
mid. Fol. Senæ unc. iij. Rad.
horzoneræ mundæ, & incisæ,
c. ij. Bulliant in vase sigillato

 ad

 ad calorem B.M. Colaturæ infu
Rhabarbari electi, Agarici nov
in pastillos deducti, ana unc. dim
Lapid. Lazuli præp. in petiâ lig
dr. ij. Peractaq; leni ebullitione
primantur: Tandem additâ Syr
Diasereos, vel de tribus infusion
bus folior. senæ q. t. conforme
Syrupus mediocris consistentia
quâ Cinamomi condiendus. Do
unc. ij. aut amplius.

Dum etiam hunc in modum cer præparantibus humorum digesti meatuumq; libertas promovet haud præter rationem fuerit, jus intervallis evacuationis pensum petiisse.

Hoc facto, Cordi, Cerebro, & Ute de industriâ prospiciendum, flatibu noxiis dissipandis opera impendend

Corroborantia. *Cordi succurritur Aquâ Theriac li cum pomis recentibus contusis d stillatâ: Succo Cardiacæ, Melissæ, & P morum, admixtis Cinamomo, ac sp ciebus Cordialibus, destillatione elic tis: Cordium Cervinorum & Apr rum, additis roborantibus, destillat*

aqu

â: Essentiis: Solutis: Magisteriis: is Chymicorum destillatis, ceu Ci-nomi, Garyophyllorum, Anisi &c. Aquâ Cardiacæ herbæ haustis, Mannâ extractâ subactis, & id us aliis.

Quibus etiam haud incommodè ac-seri potest Aqua sequens stillatitia, hystericis affectibus, Melancholiam olentibus, mirè efficax:

℞. Folior. Melissæ odorat. man. Betonicę, Pulegii ana man. i ſ. Ca-ninthæ, Arthemisiæ, Basiliconis, hamædryos, Hysopi ana man. di-d. Parthenii pug. j. Rad. Pæoniæ, yngii, Men. Angelicæ domest. & lvestr. ana unc. dimid. Sem. Carvi, leris mont. Coriandr. præp. ana dr. Baccarum Lauri, Juniperi ana dr. Galangæ, Zedoariæ ana scr. iiij. ad. Rhapont. dr. ii ſ. Comminutis funde Vini optimi generosi, & a-u calidi libras iij. Stent in infusio-e horis ix. ad cineres calidos: Post-ubi parum ebullierint in vase operto destillentur in vase vi-eo, &, quæ primò exhibit Aqua erveatur. Aqua hysterica.

Cordialia externa. *Exterius utiliter admoventur Sa-culi, Litus, & Epithemata, ex unguen-to Naphthæ, Balsamo Oleorum Garyo-phyllorum, citri, Cinamomi, Jasmen-rum: Ambræ extracto cum Vino opti-mo, Aqua Rosaceâ, ac Succo pomoru-redolentium: additis polline Sandal-rum, Ligni Rhodii, Spec. Diambr-Sem. Angelicæ, Garyophyllis, Mithr-datio & conservis Cordialibus, Em-plastri in modum commixtis: aut fi-tro serico, micâ panis tosti, vel pom-assato exceptis, cordiq; admotis.*

Cerebro medentia. *Quæ cerebro subsidium in hoc ca-afferunt, antea sunt proposita: quibu-adjungere licet Sacculos, & pulvere-Capitales: Aquas Cephalicas: Ol. Ben-zoinum: Balsamum Indum, & id ge-nus.* Uterina. *Utero deniq; Emplastris pro ma-trice ex rebus temperatis & odorife-ris, ceu Rosis, Violis, Speciebus Diam-bræ, Diamoschi, ac Cinamomi momen-to, Laudano, ac Cera coactis, suppe-tiæ ferendæ.*

Insignis etiam, præter unguenta & Emplastra, hujus mixturæ est usus:

℞. Mix-

℞. Mixturæ simplicis unc. ix. Liquoris Cornu Cervi usti ana unc. j. Extract. Granor. Juniperi unc. dimid. Melissæ, Calami aromat. ana dr. ij. Betonicæ, Cichorii ana dr. iß. Croci, Castorii ana scr. j. Syr. de Melissophyllo, Syr. de Succo Cerasorum. cum floribus Garyophyllorum, de Cort. citri ana unc. iij. Misceantur. Mixtura Hysterica.

Sin autem ex retento semine malum emergere ex signis deprehenderis, tunc iis res agenda erit auxiliis, quæ semen imminuere, vel exiccare possunt.

Victu demum parciori sanguinis copia imminuenda, Cibus tenuioris substantiæ, & Euchymus, porrigendus, crassiorem generantia sanguinem omni ex parte removenda, frugalitas ubivis imperanda, corporis exercitiis calor innatus excitandus, ac diffundendus; Animus deniq; variis ac jucundis rebus distrahendus.

Longê verò secius instituenda erit curationis formula affectione in deliramenta jam degenerante, & siccitate Curandi ratio in malo confirmato.

ac frigiditate habituali non in ma[...] tantum sanguineâ, sed & membr[...] potioribus invalescente, confirmataq[...]

Cumprimis autem in hoc casu fœm[...]næ validißimæ sustinere solent medicamenta, eò quod Viscera, unà cum Ventriculo, protinus ita vitiantur, u[...] crassorum ac viscidorum excrementorum, humori Melancholico permistorum, pleonexiâ penitus diffluant.

Fortia purgantia. *Eximiæ sunt hîc utilitatis Magisterium lapidis Lazuli Quercet. Pilulæ Tartareæ ejusdem: Flores Antimonii correcti Crollii: Electuarium Antimonii ejusdem: Vinum Helleboratum Quercet. Syrupus de pomis cum Senâ ejusd. Helleboratus major & minor ejusdem: Extractum Hellebori nigri cum Mercurii essentiâ: Arcanum Auri Quercet. Tetrad. fol. 433. Arcanum Corallinum Crollii: Essentia quinta Antimonii Penotti: Essentia, aut mel Helleboratum Hollerii, vel Capivaccii: Extractum Hieræ Logadii, aut Confectionis Hamech: Hellebori smus Matthioli: quæ partim alvum subducunt, ex parte etiam vomitum proLici-*

endo agunt. Singularis etiam ex-
ientiæ est hic Mercati pulvis:

℞. Epithymi Cretici unc. dimid.
pid. Lazuli præ. vel Magisterii e-
dem dr. iiſ. Diagridii gran. xv. Ga-
ophyllos num. xx. Folior. Senę dr.
. Sachari albiſſ. pro libitu. Datur
l in formâ Pilularum, aut conser-
: cuidam idoneæ admixtus.

Habetur & Electuarium magni
ecii, quod

℞. Pulv. ſummit. Thymi unc. di-
id. Epithymi unc. j. Sem. Cuſcutæ
achm. iij. Magiſterii lapid. Lazuli
uercet. vel in hujus defectu, lapi-
s ipſius, decies in aquâ Roſarum
ti, ac toties in aquâ pluviâ defeca-
, dr. ij. Diagridii ſcr. ij. Cinamomi
r. dimid. Pul. Senæ unc. dimid. Mar-
aritarum præp. drach. ij. Moſchi
ran. v. Syr. de Pomis compoſ. q. ſ.
ro cogendo Electuario.

A purgatione balneis aquæ dulcis Externa.
orpus frequenter irrigandum, & ca-
iti fomenta ex aquâ dulci, Destillato
apitis Arietis nigri, Oleo Amygdala-
rum dulcium, Violarum, & Cucurbitæ,

nes non lacte Caprino, aut bubulo: L[...]
cocto extremitatum Arietis cum L[...]
ctucis, Violis, floribus Nenupharis, [...]
pitibus Papaveris albi, & momen[...]
Hellebori nigri, adhibenda.

Nam qui caput in Melancholiâ n[...]
mium resiccant, ex stulto insanum f[...]
ciunt, teste Rondoletio meth. cur. c. 4.

Priusquam subsideant humores,
Clysteribus acribus omninò caven[...]
dum. Insigniter enim irritant ut[...]
rum, & succos inibi contentos in fur[...]
rem agunt, visæq; sunt fœminæ ab h[...]
vehementius delirasse.

Si ad loca humida, maritima, a[...]
temperata in mali diuturnitate mi[...]
grare licet, utiq; ex Hippocratis præ[...]
cepto salutare esset.

Cauteria. Sin verò morbus sit contumacior,
cruribus affigenda sunt Cauteria, aut
quod his non conferentibus multis sa[...]
luti fuit, Setaceum Splenis regioni
affigendum.

Lentam deniq; ac diuturnam cum
hic affectus, ob humores siccos & con-
tumaces, desideret medelam, utique
distemperies, capiti & corpori intro-
ducta,

ucta, sensim corrigenda, elidendaq́, humores crassi ac lenti paulatim ducendi sunt.

7. DE HÆMORRHOIDALI.

Venarum Sedalium immensam commoditatem Hippocrates 6. Epidem. part. 5. text. 24. hisce verbis dilucide expressit: Hæmorrhoidas habentes neq́, pleuritide, peripneumoniâ, phagadenâ, furunculis, neq́, Terebinthi formam habentibus, multo minus leprâ, vel aliis, corripiuntur.

Et 6. Aphor. 11. inquit, Melancholicis, & Renum vitio laborantibus, hæmorrhoides supervenientes, ac fluentes, bonum.

Salubriter enim per hasce Venas sanguis, tum ubertate & squalore, tum spurcitie & gravitate peccans, eructatur, quo Natura irritata ad istud sanguinis emunctorium convertere nititur, quod ipsi molestum est, adjuvantibus hanc evacuationem pororum apertione, & viarum laxitate.

Atqui, humorum sanguinem contaminantium parcior ubi fuerit profusio,

fusio, quàm ex re sit corporis, necess[a]rium omninò erit, affectus prædicti insequi. Arguant enim Naturæ impotentiam, viarum structuram minus concinnam, ac humorum reconditam longeq; à prædictarum Venarum ductibus dissitam, sedem: Unde multarum ægritudinum, ceu Maniæ, Melancholiæ, Hydropis, Talis, Lepræ, Scabici, Cancri, Morpheæ, Gravitatis, ac lassitudinis totius corporis, præcipue vero Capitis, Thoracis, Lienis, Ischiadis, & cutis externæ, certissimum seminarium exoritur.

Ex morbis igitur præcedentibus, lutulenti & vitiosi sanguinis Synathrysmo occasionem præbentibus, lumborum gravitate, venarum ingenti calore, ac turgescentiâ, ani deniq; dolore ac exæstuatione, si cognoveris humorem fieri ἀνάῤῥοπον, & ad superiora provehi, morbiq; hypochondriaci, vel alterius, rudimenta ponere: nullum certè salubrius eligi consilium potest, quàm earundem apertionem, relictis rebus omnibus, moliri. Hoc enim fluxu procurato, medicamentorum multitudine non amplius opus erit.

Quò

Quò verò hoc negocii sine jacturâ [e]xequi poßis, ad benignum.

Primò reducendus est humor, si [q]uis immoderatius affluit, aut alienæ [p]articeps est qualitatis, ac postmodum [e]liminandus.

Medendi intentiones.

Deinde, Venæ poplitis, vel tali, se[c]andæ, ac sanguinis impetus inver[t]endus.

Tertiò hæmorrhoides reserandæ Hirudinibus, Phlebotomo, insessubus, [f]omentis, suffumigiis, frictionibus, li[n]imentis, suppositoriis, aut medica[m]entis acrioribus & erodentibus.

Et in hisce vitiis præcavendis tan[t]um est momenti repositum, ut pluri[m]orum malorum causam excidisse vi[d]earis, ubi dexteritate singulari rem [p]eregeris: eò quod Aëtio lib. 4. serm. 2. c. 5. docente, hæmorrhoides sinistrè curatæ, & deformitatem, & vitam miseriæ plenam, & mortem deniq; inferre possunt. Præ reliquis tamen subsidiis, si, urgente neceßitatis telo, vel corruptionis metus, vel doloris immanitas, aut malum aliquod gravius urgeat, hirudinum admotio, quâ

tantum sanguinis extrahere, qua- tum ratio permiserit, licet, & q Scalpello fit apertio, tutissimè usurpa- tur. Ferrum enim acutissimum, & plagam minutissimam esse decet, ne largior contingat sanguinis profusio quem quæ Naturæ conveniat, au quæ facilè compesci queat.

Advertendum tamen, an dolor, ar- dor ac tensio, præcedant, ne doloris me- dela, in principio curationis frugifer ac necessaria, aliis peractis negligatur.

Sin verò præ senio, & ob intermis- sam evacuationem, fluentes antea hæmorrhoides subsistere videantur, ac repetente morbo easdem revocare minimè liceat, vel Cauterium alteri crurum infigendum, vel aliâ quadam evacuatione defectus iste supplendus erit.

8. DE PHANTASTICA, seu MELANCHOLICA.

Ultima denique Affectionis hypo- chondriacæ species, ob miram sympto- matum faciem, constare videtur ex prædictarum complexu, sedemq; suam in Venis Mesaraicis, non Omentum solum,

tem, ac Mesenterium, sed & alia
scera naturalia perreptantibus, ob-
et, & quidem illis majore ex par-
in locis, ubi plures ac majores Ve-
portæ rami lienem versus, ac Ven-
culum, in sinistro latere, congre-
ntur. Quanquam non diffitendum,
xtrum hypochondrium, & cumpri-
s dorsi sedem, ab hujus materiæ ap-
lsu rarò esse immunem, unde modò
Epate, nonnunquam in sinistro la-
re, humore nimirum inter Ventri-
lum, & Lienem in venis subsisten-
, excandescentiæ, & cruciatuum,
lam orditur.

Materiam tamen dictis in locis sta-
lantem, seu verius sanguinem me-
ncholicum, ex quo evaporatio exur-
ns mentem obnubilat, & quæ non-
nquam mortuos ambulare facit,
veluti de Cariæ insulæ incolis Strato-
cus Cytharadus jocabatur, eò quòd
lenetici essent omnes:) diversimo-
disposita m; ac planè heterogeneam
e, eventus arguit. In venis nam-
ue majoribus, Cordi & Epati vici-
s, coërcita calorem & acrimoniam
exusci-

exuscitat, quæ tamen portione crassiore in imum demersa, & ad ra devoluta, calore plane destituit notas frigiditatis evidentes obtin Idq; propter defectum sanguinis be gnioris, quem ex decreto Avicen folio 8. atrabilarii succi præsentia, admittit.

Quò minus igitur in veram per verantemq; Melancholiam malum convertatur, & vaporum istorum contagione Sanguis in universo corp re inficiatur, hisce intentionibus pera sedulò impendenda erit, quas curâ Morbi Difficilis nobis Hippocr tes lib. 3. de morb. tex. 77. fol. 260. su peditat.

Morbus difficilis Hippocratis. Curandi intentiones.

Primò namq; pro humorum, Mela cholicorum excisione Veratrum bibe dum jubet.

2. Caput purgandum, ac roboran dum suadet.

3. Post capitis evacuationem pha macum, deorsum purgans, ac

4. Lac asininum exhibendum es præcipit.

5. Cib

s. Cibis utendum paucissimis, & al-
um subducentibus non acribus, fal-
, pinguibus, ac dulcibus demandat.
6. Calidâ non levandum, neq; vi-
m bibendum, sed aquâ majori ex
rte utendum, quieti indulgendum,
c exercitiis aut deambulationibus
acandum docet. Hæc enim si negle-
erit, morbus in habitum transit, &
mmoritur.

Medelam verò idcircò ab usu sub-
dij vomitum cientis orditur Hippo-
rates, eò quòd sic affecti validissi-
a sustinere possunt medicamen-
, idq; ob crassorum, & viscidorum
umorum colluviem, quos humor
Melancholicus, corruptis viscerum
ctionibus, largissimos producit, &
uibus interiora penè omnia supra
ulgarem modum obruuntur.

Quia tamen insignis est particeps malignitatis Veratrum, eapropter ex ejusdem Autoris placito 4. aph. 13. corpora ante purgationem prius cibo humectanda, & quiete reficienda sunt. Ipsum quin etiam medicamentum, quavis formâ usurpatum, mel- Præparatio corporis ante usum hellebori necessaria.

lis, aromatum, aut alterius suavioris admistione corrigendum, quò odoris saporisque gratiâ Ventriculo & præcordijs jucundius obveniens occurrensque, vires tantò feliciùs expediat suas.

At qui robusto & impuro sunt Ventriculo, dilutum ejus citra offensam longissimè à cibo, capere possunt, ut in primas corporis vias insinuans, actiones suas tantò fortius explicare possit.

Qua autem ratione sit apparandum Veratrum, ut citra molestiam operetur, ex prædictis est perspicuum: cui in casu non absimili, præter paulò ante in tertiâ curatione speciali, nec non hypochondriacâ Uterinâ, assignata Vomitoria specifica Vomitoria *etiam addere licet Crocum Metallorum, Mercurium præcipitatum Crollij, Mercurium vitalem Quercet. Solarẽ ejusd. in Tetrade fol. 427, Elixir Emeticũ Libavij, Antimonij Essentiã, & similia: in quibus administrandis ægroti natura, & alia, prius diligenter expendenda veniunt. Hæc tamen*

in

morbo contumaci singulis mensibus
ca ultimam Lunæ quadram si con-
uaveris, ægrotum procul dubio
mnis difficultatibus exolves.

Quo facto, ex præscripto Aëtij lib.
erm. 2. cap. 3. Capiti, non commu-
solum detrimenti ratione debili-
o, sed quæ ob cognationem cum ori-
o Ventriculi (itidem graviter in
morbo oblæo) per duos insignes
vos, qui à supernis ad ipsum defe-
ntur, facilè in consensum ducitur,
ppetiæ sunt ferendæ. Præstari com-
dè id potest Enematibus, & Ve-
sectione, nec non alijs externis,
æ ad vaporum discussionem sunt
nea.

Clysterum formulæ ex præceden-
us ubiq; sunt obviæ, quæ per in-
rvalla injici possunt, cumprimis
tem calore multo indigeno præsen-
: haudquaquam tamen acres nimi-
& mordaces, sed ad humorum
ccantium præparationem saltem
mparati esse debent.

Venæ sectioni, quam Hippocra- Sanguinis missio in humorum
s hoc in loco, ceu antea sæpius incul-

corruptelâ nimiâ perniciosa

catam, præterit, hi statuendi su termini, ut sanguine atrabilario toto exuberante ob summum viriu languorem, & spirituum inopian repudietur: Sin verò pars quæda suscepto aliunde ex humoris cuju dam affluxu fomento, temperatura mutaverit, aut saltem in capite a teratio oborta fuerit, utiq; Venæ ape tionem, pro causæ antecedentis d molitione, probari in confesso est, ad ut, malo perseverante, à frontis V nis multi non abstinuerint.

Purgationis metas humoris cond tio definit. Hanc autem ex delirij so te, seu humoris & vaporis qualita te, commodissimè licet æstimare. quod Lud. Mercatus lib. 1. de mor inter. cap. 17. fol. 95. D. elegantiss mè persequitur.

Danda tamen ubivis est opera, calidioribus aperientibus & corrigen tibus effervescat, qui redundat, suc cus, & in furorem agatur laborans aut terrestrior crassiorq; efficiatur ac proinde vacuationi, aut attempe rationi, ineptior.

A

Ad hoc ministerium apprimè conveniunt, quorum aliquoties facta est mentio, semper à levioribus facto exordio: Deinde ad fortiora ceu hieram Logadij (quâ Ptolomaeus Ægypti rex ad omnia vitia melancholica, Alexandro Tralliano autore, utebatur:) Tincturam vel extractum Hellebori nigri, Arcanum Corallinum Theophrasti, Specificum purgans ejusdem, Vinum Antimoniatum Penotti, Antidotum Sotericam, ac Theodotam ex Antimonio Quercet. in Tetrade, descendendum.

4. Dehinc lactis asinini potus, ubi minus obmurmurare intestina cognoveris, eximiè confert, vel lactis Caprini serum, aut quae huic viribus respondent: additis quandoq; lacti succis recentibus foliorum Endiviae hortensis, Buglossi utriusq;, Cichorij vel Absynthij, quem Aëtius eximiè commendat, maximè ubi pituitae salsae, aut cholerae fuerit ubertas.

5. Cibi omnes sint Euchymi, flatuum exortes, humidi, modici, & alvum subducentes, etiamsi Ventri-

culi cruditas illos dissuadere vi-
tur: non acres, salsi, pingues
dulces, qui calore suo excedent
trambilem præassatam exacuere,
teriam hac ratione adaugere, ac g
viora symptomata concitare possu
Fernelius consil. 45. ac. 99. Q
potius omne studium ad augment
corpori conciliandum in corpori
exilibus & attenuatis, conferendu
& siccitas, ceu potior hujus mo
causa, ex consilio Rhasis lib. 9. ad
mansorem capite de Melancholia,
Concoregij tr. 1. cap. 23. corrigend

Sic Vini usus planè interdicendu
nisi vel Citri, aut pomorum suc
dilutum exhibere animus sit: Aq
verò ubivis aliquid incoquendum
quod humorum malitiam infringe
queat, ceu Buglossum utrumque
Acetosam, Endiviam: aut Hydr
melpassulatum, vini saporem egr
giè referens, exhibendum.

Cumq; nobiliorum viscerum in h
malo insignis adsit offensa ac debil
tas, spirituumq; animalium summ
advertatur penuria, magnâ ex par

gr

graviores morbi præcesserint, ac periculum immineat, ne præter rationem liquatus humor in partem principem decumbat, aut inflammationis periculum minetur:

Balnea cur fugienda

